





17
P. J. - S. H. - E. H. -

Kit 43 = Arus 2^a = 1.18

**OPUSCULUM
DE PROBATIONE NECESSARIA,
ET ASSIGNATA
IN REGIA PRACMATICA
FURTORUM,
UT IMPONATUR EJUS POENA.**

ELABORATUM
*A D.D. CHRISTOPHORO
Martinez, Oxomensis Universitatis in
Jure Canonico Doctore.*

DICATUM
**ILL^{MO} D.D. JOSEPHO
de Bustamante & Loyola, Supremi
Consilii Castellæ, & Cameræ.**

CUM SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI, APUD JOANNEM STUNICAM, ANNO 1740.

¶ Se hallará en Casa de Francisco Antonio de Aranzazu, y Compañía, Mercaderes de Paños en el Portal de Belén, Tienda de Norzagaray, Num. 44.



MONSOPCEUM
DE POMPEIIS IN PESSARIA
DE AETATE MESSALINA
IN REGIA TRANSMITTA
HISTORIUM
UT IMPONERETUR IN LIBRIS
EVOCATORUM
AD CIRCIUS TOTOKOTO
DIGAVIM
HIC DE BOSPHORO
COUNIO COUNIO & COUNIO.
M. PIETRUS ALIAS JONIANUS GUNNICUS ANNO 1540
in manu eiusdem s. 1543 in libro 12. 3
In eis annis etiam quodammodo pugnare
Uerum est ut alii etiam in aliis annis

ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO JOSEPHO
DE BUSTAMANTE ET LOYOLA,
EQUITI DE CALATRAVA, VETERIS DIVI
Bartholomæi Collegii Majoris Salinanticæ, primo
Collegæ, & illius Universitatis, Canonici Juris
Doctori, Cathedramque Decreti in ea dignissimo
moderatori. Deinde, Barchinonensis Regalis Au-
dientiæ Fiscali in Civilibus, Regiæ Granatensis
Chancilleriæ Auditori, ejusque Aulæ Criminum
Gubernatori, Domus, & Curiæ Regiæ Judici,
Ordinum Consiliario, hujusque Supremi Consilii
Interino Gubernatori, Supremi Castellæ
Cameræ, & Consilii Individuo.



ATRONUM QUÆRERE,
scriptoribus, suis in
operibus, solicitude
fuit magna, cum te
habuisset, mihi nul-
la. In furti poenam,
& in poenam mei operis, inciderem,
si, cum Dominus sis mei, fructus di-

cassem alii. His in epistolis, de Heroi,
cui dedicatur, sanguinis claritate trac-
tare sæpè per legi , at de Parentum,
Proaborumque tuorum per illustri
progenie , ita omnibus compertum,
& admirabile jam diu est , ut Patria
proclamat , Sacra Societas prædicat,
Regiique recognoscunt Mercenarii.
Rioxæ, verè melius , celebris, invicta,
coronataque antiquissima Cantabria,
ingeniorum, Martialisque virorum
Mater atestatur fœcunda , nunc au-
tem singularis tui. Recordor verbo-
rum Ecclesiast. 37. in cap. Quæ mihi
de te accipere liceat : sunt enim : *Vir*
sapiens implebitur benedictionibus , &
videntes illum laudabunt. Sapientia tua, par-
nota , ac admirata , ut sola sui metas
dimetiri valeat. Quis , benedictiones
à litigantibus tibi dicatas , & à Deo,
anxiè tibi deposcitas , enumerare po-
terit ? Infinitas à multitudine , super-
mag-

magnas, & ego. Nullus te in justitiae
regimine vedit, qui abs tui laude exie-
rit : nullus absque admiratione audi-
vit , qui absque disciplina aufererit.
Scientia enim tua, in omnia singularis,
tamen in legum pelago viva lex ; cum
vero hæc sit pœnis munita , opuscu-
lum hoc , circa probationem delicti,
ut imponatur pœna , tibi retribuo,
non ab extraneo , sed veræ disciplinæ
obligatione , coercito affectu ; sicque
si accutum, verèque dictum, non uti-
que parbuli ingenii mei, sed selectæ
tuæ doctrinæ principio derivatum, sit
intelligere. Tandem pro me ipsius
Ecclesiastici concludant verba: *Sapiens*
in populo hæreditabit honorem , & nomen
illius erit vivens in æternum. Valle.

Illustrissime Domine,
Tui amantissimus, & obligatus,
Dod. D. Christophorus à Martinez.
CEN-

CENSURA LICENCIATI D. ILDEPHONSI

Gabrielis à Pingarron , Regalium Consiliorum , &
Collegii eorum hujus Curiæ Matritensis Advocati,
& in omnibus ejus Tribunalibus , tam Superiori-
bus , quam Ordinariis utriusque Fori , Causarum
Patroni.

VIdi , & accuratè per legi , mihi à Domino
D. Didaco Ortiz Moreno , hujus Mantuæ
Carpentanæ Villæ , ejusque districti , Vicarii Ec-
clesiastici vices Tenente , commisum librum , ins-
criptum : *De Probatione necessariâ , & assignata in*
Regia Furorum Pracmatica , ut imponatur ejus pœna:
elaboratum à D. Christophoro Martinez , Rega-
lium Consiliorum Advocato : In cuius Operis la-
bore demonstrat Author sui ingenii subtilitatem ,
versutiamque suam in scientia electionis certa-
rum , & communium Sententiarum D. D. Juris-
prudentiæ inter eorum diversas opiniones , de qui-
bus ad enucleationem Regalis Pracmaticæ , de
cujus pœnæ impositione in suo opere agit , in
eo memoratur.

Ex quo , licet aliquoties memorando Scrip-
tum sua in Illustratione ad eandem Regiam Prac-
maticam à D. Antonio Josepho Neri , & Villar-
roel , quæ paulò antè fuit Typis edita , impugnet
ab eo asserta : cùm , ut ipse profitetur hujus ope-
ris

ris Author in fin. quæst. 12. sic non fecerit , ut ejus
adversarius ostendatur , sed ad indagandam veri-
tatem , ad cujus finem consequendum necessariò
debet procedere disputatio , & ejus examinatio:
*Ex text. in L. fin. §. mixta 26. ff. de Munerib. &
Honorib. ibi : Et notando , & disputando bene , & op-
tima ratione decrevit : Et ex textu in cap. fin. cauf. 30.
quæst. 5. illic : Tandiù actio ventiletur , quo usque ad
rei veritatem perveniatur : D. Salgad. de Retent.
Bullar. 1. part. cap. 3. §. Unic. n. 75. ibi : Veritas quip-
pe sèpiùs agitata magis illucefecit. Cùm textu in cap.
Grav. cauf. 36. quæst. 9. & D. Joseph Vela, *Dissert.*
34. n. 1. Et cum nil invenerim dicto in Libro mi-
hi commisso adversum nostræ Orthodoxæ Fidei
Catholicæ , & bonis moribus , immò viderim Au-
thorem , ejus in fine , omnia ab eo scripta liben-
tèr submittere S. R. E. meliori judicio ; ex meo de-
bet licentia petita ab Authore ex justitia concedi ,
ut imprimatur ejus liber : Sic sentio : Matriti , die
31. Martii ann. ab Incarnatione Domini 1740.*

Licenciat. *D. Ildephonsus*
Gabriel à Pingarron.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS el Licenciado Don Diego Moreno Ortiz , Presbytero , Abogado de los Reales Consejos , y Theniente Vicario de esta Villa , y su Partido , &c. Por la presente , y lo que à Nos toca , damos licencia , para que se pueda imprimir , è imprima el Libro intitulado , *De Probatione necessaria , & assignata in Regia Pracmatica fur- torum , ut imponatur ejus pena* , compuesto por Don Christoval Martinez , Abogado de los Reales Coasejos ; atento , que de nuestra orden , y comision ha sido visto , y reconocido , y no contiene cosa opuesta à nuestra Santa Fè , y buenas costumbres. Fecha en Madrid à dos de Abril de mil setecientos y quarenta.

Lic. Moreno.

Por su mandado.

Joseph Fernandez.

CEN-

CENSURA LICENCIATI D. ILDEPHONSI
Gabrielis à Pingarron, Regiorum Consiliorum, &
Collegii eorum, hujus Curiæ Advocati; ejusque in
omnibus Tribunalibus, tam superioribus, quam Or-
dinariis, sic Ecclesiasticis, ut Sæcularibus causarum
Patroni.

JUSU supremi Regalis Consilii in mei censu-
ram venit liber, aut Tractatus, *De Probatio-*
ne necessaria, & assignata in Regia Præmatica fur-
torum, ut imponatur ejus pœna: quem in lucem pro-
dere intendit D. D. Christophorus Martinez, Re-
giorum Consiliorum Advocatus, ejus Author,
iterumque illum vidi: nam antea ex remissione
Judicis Ecclesiastici hujus Villæ perlegeram; &
cum nihil in eo invenissem oppositum nostræ Ca-
tholicæ Religioni, & bonis moribus, implendo
meum tunc munus, judicium præstiti, quo atten-
to thenore: Constitutionis unicæ, quæ est sub tit. de
impres. libror. inter Sinodales hujus Archi-Episcopa-
tus Toletani: Decretique, de editione, & usu libro-
rum, &c. Sed Impressoribus, ses. 4. Sac. Concil. Trident.
cæterarumque Constitutionum prohibentium im-
pressionem, & usum librorum, quin prius, de
mandato Ordinarii Ecclesiastici examinentur, &
ut imprimantur, præcedat ejus licentia: exposui,
petticam ab Authore, de justitia deberi ei conce-

di , ex in illa , mea censura allatis : nunc , nihil
addendo , præter quod liber est compositus ab
Authore juxta ordinatum , nostra in leg . Reg . 48 .
tit . 4 . lib . 2 . Recopil . & sic , non tantum nihil inclu-
dit oppositum regalibus Majestatis nostri Regis ,
immò continet plurima utilia , quaे tendunt in
beneficium illorum , qui , ut rei pœnæ Regalis
Præmaticæ furtorum , de qua agit , accusentur:
nam ex eis patrocinia illorum in iudicio facilius
fieri poterunt : meo videri est concedenda licen-
tia , ut liber typis mandetur . Sic sentio , salvo , &c .
Matriti 7 . die Aprilis , anni Domini 1740 .

Lic . D . Ildephonsus Gabriel
à Pingarron .

LICENCIA DEL CONSEJO.

Don Miguèl Fernandez Munilla, Secretario
del Rey nuestro Señor, su Escrivano de
Camara mas antiguo, y de govierno del Consejo:
certifico, que por los Señores de él, se ha con-
cedido licencia à Don Christoval Martinez, Doc-
tor en el Derecho Canonico, Abogado de los Rea-
les Consejos, para que por una vez pueda impre-
mit, y vender un tratado, que ha escrito, intitu-
lado: *De Probatione necessaria, & assignata in Re-
gia Pracmatica furorum, ut imponatur ejus pena*,
con que la impression se haga por el original que
và rubricado, y firmado al fin de mi firma; y que
antes que se venda se traiga al Consejo dicho tra-
tado impresso, junto con su original, y certifica-
cion de el Corrector de estar conformes, para que
se tasse el precio à que se ha de vender, guardando
en la impression lo dispuesto, y prevenido por las
Leyes, y Pracmaticas de estos Reynos. Y para que
conste lo firmè en Madrid à ocho de Abril de mil
setecientos y quarenta.

Don Miguèl Fernandez Munilla.

ERRATAS SIC CORRIGE.

Pag. 6. lin. 18. punite, leg. punire. Pag. 8. lin. 18. aliquæm, leg. aliquem. Pag. 10. lin. 10. quæm, leg. quem. Pag. 12. lin. penult. textibus, leg. testibus. Pag. 22. lin. 15. l. de Statutis, ff. de Testam. leg. in lege de Statu, ff. Qui testam. Pag. 25. lin. ult. es, leg. est. Pag. 64. lin. 6. pro signo, & monifento, leg. pro signo, & monimento. Pag. 65. lin. 2. qualite, leg. qualitate: & lin. 11. ne quit, leg. nequit. Pag. 77. lin. 11. l. seculari, leg. l. sa-
cularii. Pag. 83. lin. 23. cœnatus, leg. connatus. Pag. 86. lin. 2. furto, leg. furto.

His correctis suo correspondet exemplari hic liber inscriptus, *Opusculum de probatione necessaria, & assignata in Regia Præmatica furtorum, ut impo-*
natur ejus pena, elaboratum à D. D. Christophoro Martinez, Oxomensis Universitatis in Jure Ca-
nonomico Doctore.

Lic. D. Emanuel Licardo
de Rivera.

Corrector Generalis.

TAS:

T A S S A.

DON Miguèl Fernandez Munilla , Secretario
del Rey nuestro Scñor, su Escrivano de Ca-
mara mas antiguo , y de Govierno del Consejo:
Certifico , que haviendose visto por los Señores
de èl un Libro intitulado, *De Probatione necessaria,*
& assignata in Regia Pracmatica furtorum, ut imponan-
tur ejus pœna , compuesto por D. Christoval Marti-
nez , Abogado de los Reales Consejos, que con li-
cencia de dichos Señores, concedida al susodicho,
ha sido impresso , tassaron à seis maravedis cada
pliego ; y dicho Libro parece tiene diez y seis , sin
principios, ni tablas, que à este respecto importa
noventa y seis maravedis ; y al referido precio , y
no mas mandaron se venda ; y que esta Certifica-
cion se ponga al principio de cada uno, para que
se sepa el à que se ha de vender. Y para que confe-
te , lo firmè en Madrid à dos de Mayo de mil
Setecientos y quarenta.

D. Miguèl Fernandez Munilla.

AD

AD LECTOREM.

Durissimum, & ut novum rigo-
rem, benevolè Lector, admira-
ti sunt populi in hac nostra Regia
Pracmatica, præsertim, cum sine pre-
tio furti, furca suspendatur latro. Ig-
norantibus, totum hoc ovenit, *leg. 1.*
tit. 13. lib. 8. Ordinam. leg. 1. tit. 23. lib.
8. Recopil. & leg. 3. tit. 16. part. 2. qui-
bus, & idem jubetur; sed etiam Gre-
gorio Lopez, *glos. fin.* hujus legis, ni-
mis rigurosa ejus visa fuit poena. Per-
venit in manus illustratio, ejusdem
Pracmaticæ, erudite elaborata à D. Jo-
sepho Antonio Nerio, meo tamen vi-
deri, violentam vim in eam injecit,
doloremque omnium maximè auxit,
cum in probatione delicti, parum pro-
batum sibi satis sufficere dicat, ut im-
ponatur poena: duplicatum tunc præ-
judicium stabiliretur. Primum, ut esset
pœ-

pœna major delicto : secundum, ut si-
ne justificatione (necessaria) delicti,
puniretur. Hæc duo fuerunt mihi in-
evitabilia, ut, ex preto rubore igno-
rantiæ, ad veram hujus rei sententiam
animum aplicarem, in afflictorumque
solatium calatum summerem, ut si-
quis, per naturæ fragilitatem, in de-
lictum cadat, non sine justificatione,
in qua sistit justitia, vita privetur. Non
hoc Aulæ Supremæ dignissimo nunc
Præsidi, ejusque judicibus, opuscu-
lum scripsi; hujus, eorumque rectam
scientiam, nec Nerius deturbare, nec
mea verba dirigere possunt, immò
potius ab eorum decretis lucem acce-
pi: cum tamen in circuitu 20. leu-
carum extendatur Regiæ Præmaticæ
ratio, & executio, alicui Assessori for-
tassis pro fit. Si tibi me hoc consecu-
tum videris, estima laborem, at si non,
animum haud vituperes, cum, quæ in
ope-

opere continentur, objectum iustitiae
insequantur, teque non ad suam ali-
qua vi trahat sententiam. Quod cor-
de exposco, ne me Nerii contrarium
existimes, sed quod, ut in scholis, ra-
tionem affero, sententiamque prout
mihi consonam defendo. **VALE.**

REAL

REAL PRACMATICA
DE SU MAGESTAD.

El Pardo 23. de Febrero de 1734.



ON PHELIPE QUINTO,
por la gracia de
Dios,&c. Por quanto
reconociendo,
con lastimosa expe-
riencia , la reyera-
cion, con que se co-

Causal.

meten en la mi Corte , y caminos , im-
mediatos , y publicos de ella , los deli-
tos de hurtos , y violencias , enterado , &c.

Cap. I.

Que à qualquiera persona , que te-
niendo 17. años cumplidos , dentro de
mi Corte , y en las cinco leguas de su
rastro , y destrito , le fuere probado ha-
ver robado à otro , yà sea entrando en
las casas , ò acometiendole en las calles ,
ò caminos , yà con armas , ò sin ellas ;
solo , ò acompañado ; y aunque no se
figa herida , ò muerte , en la ejecucion
del delito , se le deba imponer pena ca-
pital , &c.

A

Que

Cap. 2. Que si el Reo de semejante delito no tuviere la edad de 17. años cumplidos, y excediere de los 15. se le condene en la pena de 200. azotes, y diez años de galeras; y à que passados, no salga de ellas, sin mi expresso consentimiento.

Cap. 3. Que si, lo que no es creíble, fuere probado à qualquiera persona noble, haver cometido igual delito, no se le exceptúe de la expressada pena capital, sino es que se mande executar la de garrote irremisiblemente.

Cap. 4. Que todas las personas, que dieren auxilio cooperativo à tan grave, y escandaloso delito, sean condenados en la misma pena ordinaria de muerte, como complices, y perpetradores de su enormidad, &c.

Cap. 5. Que para la justificacion del expresado crimen de hurto, en semejante caso, è imponer la pena ordinaria capital al Reo, baste la de estar probado por un solo testigo idoneo, aunque sea el robado, ó complice, confessó de sí, y purgada su infamia, y añadiendo otros dos indicios, ó argumentos graves, que conspiren al mismo fin, y persuadan à la

la prudente , y racional credulidad de ser
el delinquente , &c.

Por Decreto de 21. de Febrero , &c. Segundo
mandé , que el mismo Consejo propu- Decreto , S.
ciesse su dictamen en el caso , y dudas ex- Lorenzo el
citadas por la Sala à si se comprehen- Real à 3. de
dian en mi Real resolucion , los hurtos Noviembre
domesticos , ò los ejecutados sin violen- de 1735 .
cia , ò de corta cantidad. Y en vista de
la consulta que me hizo en 31. de Mayo
del mencionado año , y enterado de to-
do , fui servido declarar : que todo hur-
to calificado , ò no , de poca , ò mucha
cantidad , debe estar sujeto à la pena de
la Pracmatica ; porque no fuè alguna de
estas circunstancias , las que movieron
mi Real animo à establecerla , bien si las
graves que concurren en los vandos pu-
ramente prohibitivos , &c.

He resuelto , que todas las que desde
aora en adelante se fulminaren , así de
oficio , como à querella particular , en
materia de hurtos , robos , y latrocinos ,
cometidos en mi Corte , y cinco leguas
de su rastro , y distrito , por la Sala de
Alcaldes , ò Justicias ordinarias de ella ,
se ayan de substanciar , y determinar

precisamente en el termino de treinta
dias, &c.

Publica-
cion.

En la Villa de Madrid à 10. de No-
viembre de 1735. en el Real Palacio del
Buen-Retiro , primer plazuela , frente
del balcón del Rey , nuestro Señor, y en
la Puerta de Guadalaxara , donde está el
publico trato , y comercio de los oficia-
les , estando presente Don Joseph Gar-
cia de la Cruz , Don Joseph de Mier y
Noriega , Don Phelipe Ignacio de Mo-
lina , y Don Juan Mathias de Eguiluz ,
Alcaldes de su Real Casa , y Corte , se
publicò la Real Pracmatica de su Mage-
stad, &c. D. Joseph Antonio de Yarza,

DE



DE PROBATIONE
necessaria, & assignata in Re-
gia Pracmatica furorum,
ut imponatur ejus
pœna.

Dilligite justitiam , qui judicatis terram,
Sap. i.

Causa scribendi, & introduc-
tio operis.



IBERUM VOLUNTATIS
arbitrium , creatu-
ræ à Deo donatum ,
infirmum est ex
parte naturæ , cum
hæc , prona ad ma-
lum , hoc per se
metipsam facit , ad
bonum vero , auxilio conditoris , id est ,
Dei , eget . Itaque Apostolus gentium sic
ait :

Apost. ad Ro. man. 7. ait: *Non quod volo bonum, hoc facio, sed quod malo malum, hoc ago.* Divus Augustinus, Columna Ecclesiæ, & Doctorum singularissima Aquila, ad propositum sic de libero arbitrio sentit: *Unde hoc monstrum? Imperat animus, & movetur manus, & tanta est facilitas, ut vix à servitio discernatur imperium, & animus est, & manus, & corpus est. Imperat animus ut velit animus; nec alter est, nec facit tamen, sed non ex toto imperat, & vult, non ergo ex toto imperat: non ergo monstrum, sed aegritudo animi est, quia non totus assurgit, veritate sublevatus, consuetudine per gravatus.*

Hoc autem liberum arbitrium, non omnimodæ voluntatis circà omnia, sed sub præceptis divinis, Ecclesiasticis, Catholicæ, Christianæque fidei versari debet, & insuper sub justa Christiani Principis lege. In conceptu autem, separatur animus à conatu, & actione; de primo, scilicet, animo, Deus, de secundo, & tertia Deus, & Princeps cognoscunt.

Æquè crescit malitia hominum in commitendo scelera, ac scrupulosa ju-
di-

dicis industria ad ea investiganda. Culpa ipsa malitiam suponit, sed non semper inculpabilis est Judicis inquisitio. Illa damnanda venit, sed, & hæc, si non omnino damnabilis, omnino periculosa est. Officii Judicis, non delictum, non reum, sed veritatem quærere, munus est: atamen (omnium venia) non in omnibus hoc satis est, verum legem divinam, & humanam transgrediendo, reum quærunt, delictum sollicitant, & ut suæ potentiae imperium cognoscatur, faciliori atestatione, immo, & innutili, pœnam imponunt terribilem; magis crudelitate, quam charitate enixi. Hanc ob causam, meo videri, institutum est, contra veram, & necessariam Judicum rectitudinem, appellationis remedium: sic ne hæc interveniat infirmitas, ab illustratione Regiae Præmaticæ, appelo, prout in aliquibus capitulis irreparabile gravamen continente.

D. Antonius Joseph Neri in §. 3. illustrationis, incipit materiam, ab animo, voluntate, & proposito inferens delictorum distinctionem. In §. 7. per totum, suscitat tractatum, in quo to-

ta Regiae justæque Præmaticæ difficultas consistit, scilicet: quænam sint inditia requisita, ut juncta cum depositione testis singularis, licet idonei, sufficiant ad veram probationem delicti, ut imponatur pœna? Et postquam plures movet quæstiones, & doctrinas in ordine ad illam sæpè tritam, utrum in criminalibus sufficient inditia ad imponendam pœnam? Et cum in afirmati-
vam cadat, in numero 13. ultimo hu-
jus §. explicans, quænam sint inditia,
scilicet necessaria, seu cuius gradus, &
naturæ, per quæ probata dicantur de-
lictum, vel quæ necessaria exposcuntur in
nostra Regia Præmatica, remittit nos,
ad Gutierr. in Prax. Crimin. quæst. 2.
ex num. 18. usque ad 24. inclusivè. Sed
antequam Authorem videamus, aliqua,
quæ causa fuerunt Regio, justoque de-
creto suponamus.

*Qui agit malè, odit lucem, ait di-
vina Scriptura, & sub hac infalibili
regula, omne delictum, quantum
stat ex parte commitentis, vel in te-
nebris nocturnis, vel harum defectu,
in solitariis locis, saxosis viis, aspera, &*
in-

intrincata montium valle committitur,
 & perpetratur ; & quod iniquius est,
 etiam in domo propria , in cubiculo, in
 lecto , in foro, in platea , & in calle bo-
 na rapiuntur , & furantur. Ad hoc , ita
 illa meliflua D. Bernardi verba : *Sicut, D.Bernard.in*
qui agit malè, odit lucem, ita malus actor serm. 50.
à lumine boni se longè separat, ut sine recto
consilio, & teste fideli, delicta sua perpe-
tret horrenda.

Hæc autem malitia tam antiqua est,
 ut a primordio naturæ lapsæ , proveniat. Eccles. cap.
 Contraxit enim natura peccatum , &
 cum hujus origo ascendat à tenebrarum
 habitatione , hoc est , ab inferis , ex ip-
 sius natura appetit obscuritatem , & te-
 nebras. Summus Presul sic furem , &
 latronem cognominat , ibi : *Si autem si-* Cap. 2. ex t.
ne odii meditatione , te , tuaque liberando , de Homicid.
bujusmodi diaboli membra interfecisti , &c.

Ne vero obscuritas prodeset delinquen-
 tibus, impunitaque permanerent eorum
 delicta , contra eam , & in lucem , in-
 surgit Regia Pracmatica. Hæc , utpotè
 radicata in justo , justa illud : *Per me Re-*
ges regnant , & legum conditores justa de-
cernunt : non malitiam nudam , seu co-

11. Error , &
tenebræ pecca-
toribus cōcrea-
ta sunt.

L. 18. ff. de gitationem, prout occultam: *Cogitationis pœnam, nemo patitur.* Ait J.C. sed con-

natum, qui dicit aliquid ad extra, & ordinatur ad effectum, investigat, & puniit. Arnis. sic: *Tamen in sola cogitatione,*

De Poteſt. *vel voluntate, dirum rigorem exercendum*
Princ. in pop. *nollunt, J. C. sed in connatu, hoc est, in*
l. 3. cap. 6. n. 6. *voluntate, quæ jam in aëtu deduci cæpta,*
sceleris, non dubium, vel incertum, sed
manifestum inditum fecit. Pariter D. Au-

In serm. de gust. Non enim potest sciri quod quis cogi-
 Percusore. *taverit, niſi quia ipſe dixit, cum Deus fit*
scrutator cordium. Animus enim latitantis

L. Fulcin. ff. *quæritur, quo animo latitet, ait Juris Con-*
Ex quib. cauf. *sultus.*

Decretum Regiæ, pieque Præmatice, non innocentem, sed verum reum
 punire desiderat, & ideo in probatione
 furti, non qualem qualem, sed veram, &
 strictam designat, scilicet, depositio-
 nem, ad minus, unius testis idonei, ido-

Gutierr. in neitate vera circa delinquentem, & duo
Prax. crim. q. inditia gravia. Videamus Gutierrez in
 hoc citatum à Neri; hic in num. 18. us-
 que in 24. explicat inditii naturam, ut
 sit, dubitatum, & indubitatum, & ple-
 nè dubitatum, vel plenè indubitatum,

pro-

proximum , vel remotum leve , grave,
vel gravissimum. Totum hoc, prius di-
xit Bartholus , non in inditii nomine, In leg. Admo-
sed præsumptionis.His præmisis, ut me-
thodum in tractatu sequamur , quæstio-
nibus paucis materiam finiemus.

nendi, ff. de
Jur. Jur. à n.
19. usque 23.

QUÆSTIO I.

*Utrum inditia per se sola probent
delictum?*

LIET natura inditii, consistat in in-
diferentia ad esse , vel non esse,
cum hac sublata , non inditii , sed ve-
ritatis , aut falsitatis statum , vel natu-
ram assumat, tamen, ut antea dixi, illus-
trator Nerius in d. §. 7. num. 10. affir-
mativam sententiam tenet , cumulans
pro ea plures clasicos Authores , quos
in suo loco examinabimus. Nostra vero
Regia Pracmatica contrariam oppino-
nem signat , dum non solum dua indi-
tia gravia , sed depositionem idonei tes-
tis prærequirat in probatione delicti, ut
imponatur poena ; & hoc in stricto ter-
mino , ibi : *Baste la de estar probado por*

*un solo testigo idoneo, y añadiendo otros dos
indicios, ó argumentos graves: Ubi illud
verbum, baste, seu sufficiat, denotat stric-
tam probationem, usque ad præfinitum
modum. Cum hæc sit pia, vera, & rea-
lis probatio delicti, ne ut Nerius pium,
in crudele Regium Decretum conver-
tamus, sit conclusio.*

CONCLUSIO.

*Nulla inditia per se sola probant
delictum.*

Primo probatur hæc conclusio au-
Apul. lib. 10. thoritate Apulei Philosophi Plato-
Metamorfos. nici, sic dictantis: *Veritatem criminis, si-
demque probationibus certis instrui; nec sus-
pcionibus tantam conjecturam permitti pla-*
Joan. Carnot *cuit. Ex Joanne Carnot. ibi: Quod ex*
Epist. 205. *conjecturis aliquæm condemnare, nec usus*
majorum, nec ulla legum concedit authori-
Elvert. Leon. *tas. Elveritus Leoninus sic exclamat: Quo*
Conf. 80. *¶ enim atrocius, quo gravius, quo majus est*
Confidentes. *delictum, eo graviora inditia, & argumen-
ta præcedere debent, priusquam in suspi-
tio-*

tionem (non in pœnam) ejus perpatrati veniamus.

Vegetius. In proditione , & suspicione , illius manus tangere , non auditus debet attendi. Christophorus Longolius : Neque vero me fugit , quam sit temere , de pia alterius voluntate pronunciandum , nec ex vul-

Veg.lib.2. de Re Militar.

Christ. Long. lib. 3. Epist.

34.

tu quidem , aut ex oratione ipsa , que , & si quædam est animi imago , sepè tamen mentiri potest , & fallere ; sed multo sane est arrogans , & pericolosius homini Christiano de nefaria cœdis sui cogitatione juditium facere. JESUS quidem Christus ipse , se unum occultæ hominum impietatis , & judicem esse voluit , & ultorem ; gravissime iis etiam minatus , qui de hujusmodi causis , quidquam statuissent , nec eas ad se totas , integrasque ejecissent. D.Bernardus: Etiam sic perperam quid factum deprehendas , nec sic judices proximum , magis autem excusa: excusa intentionem , si opus non potest , puta ignorantiam , puta subrectionem , puta casum. Seneca , explicans rebus debitam credulitatem , dicit : Simplicitate opus est , & benigna rerum aestimatione , ut nihil , nisi quod in oculos incurrit , manifestumque erit , credamus.

D.Bern. Sermon 40. in Cantic. in fin

de Ira , cap.

24.

Probatur 1. conclusio.

Ratione autem probatur primo nostra conclusio: Inditium ex se, etiam in superiori gradu, retinet indifferentiam ad esse, vel non esse verum: sed probatio, quæ potest esse vera, vel falsa, non est probatio precisè vera: ergo, per inditium non vere probatur. Probat. maj.

Arist. 2. de Vis major inditii est esse inditium veritatis, vel falsitatis; sed esse inditium, seu

153.

Opinnari non est in nobis: verum enim, aut falsum dicere necesse.

Ex mediis contingetibus non deducitur conclusio necessaria. Salom. Sententia. Ubi. Abulens. lib. 3. Reg. cap. 3. q. 22. ibi: *Si casset, poenam mulieri, quæ furtum autem quaerat, commisit, non impossuit: verba sunt: tur de aliis* *Dividite infantem, dixit mater: Obsecro, presumptionibus violentis, quæ videntur altera; nec mihi, nec tibi, sed dividatur, inevitabiles:* En violentissimum inditium. Respondit

ma-

Rex:

Rex : Date huic (matri scilicet) infantem magis videbatur , ut possit fieri condemnatio , & tam
enim adhuc existente hoc , non es probatio sufficiens .

Pœna non potest esse certior , ea , quæ infligitur : sed eadem certitudine debet esse delictum , ut æqualiter procedatur : ergo : *Ibi esse pœnam , ubi noxia est* , ait Probat. 2.

Imperator. Nunc sic : si pœna æqualis debet esse delicto , non potest pœna certa imponi delicto incerto ; sed delictum , inditiatum non est adhuc delictum certum : ergo inditato delicto , pœna certa imponi non potest . L. 21. C. de Pœn.

Delictum non probatum , non punitur ; sed delictum per possibile non probatur , & inditium tantum per possibile probat ; ergo delictum probatum per inditia , probatum resultat per possibile : Assumptum hoc continetur in l. 16. C. de Pœnis.

*Illis verbis : Aut sua confes-
sione , aut certe omnium , qui tormentis , vel
interrogationibus fuerint dediti in unum
conspirante , concordanteque rei finem , con-
victus sit : & sic in obiecto flagitio depræ-
bensus , ut vix , etiam ipse , ea , quæ com-
misericit , negare sufficiat.* In hoc textu il-

lud, CERTE , intelligit glosator in æqua-

li

li certitudine confessionis propriæ: & absque duvio , appossum est , ad denotandum , quod depositiones testimoniæ certæ , veræque esse debent , & in una certitudine omnes concludentes , non in incertitudine , aut statu possibili certitudinis , sed ut depræhensus negare non possit , vel sufficiat.

Judex enim , quod externe , & in causa constat adstrictus est sequi , non quod per abstractionem , seu argumenta deducitur , cum sepè sit ex levibus , seu incertis præmissis ; cum ex certis , & necessariis , necessario veritas appareat , in hoc que nulla argumentatione , seu illustratione opus est , ipsa veritas per se deducitur sine tergiversatione. Huc Nerius

L. *Sciant cuncti accusatores*
et i. C. de Prob. ingerit textum in l. 25. C. de Probat. ex eo inferens , num. 8. §. 7. fundamentum solidum , nervosum , & principale suæ opinionis , sed in ejus constructione , ibi : *Sciant cuncti* , deficit , accusatores , ut stat in litera , & sic ejus constructio certa est. Sciant cuncti accusatores , quod si non , eam rem , quæ munita sit , idoneis textibus , vel instructa appertissimis documentis , vel inditiis ad probationem

in-

indubitatis , & luce clarioribus expedita , ut tenentur , & debent , in judicium deferant , se Talionis pœnam incurrisse . Ut hæc sit vera constructio , & intelligentia textus , deducitur ex eo , quod in I. jubemus 24. seu præcedenti , tām epigraphus , quām litera contra præsentantem in judicio probationem , seu scripturam suspectam , Talionis pœnam imponit , nisi probet . Sic litera : *Jubemus omnes , qui Scripturas suspectas comminiscuntur , cum quid in judicio prompserint , nisi ipsi adstruxerint veritatem , ut nefariæ scripturæ reos , & quasi falsarios esse detinendos . Epigraf . Qui producit scripturam suspectam , nisi probet eam veram , punitur Judicis officio , tanquam falsarius . Epi-*

Bart. in I. cū
graf. nostri textus. Accusator debet ac- quidam , §.
cusationem suam probare per idoneos testes , vel per appertissima documenta , quod dici- tur , ff. de
& inditia in dubitata , & luce clariora . Acquir. Hær .

Ex quibus omnibus manifestè resultat , quod sensus , & intelligentia legis , non de probatione criminis erga reum , ut imponatur pœna , sed de necessaria , vel sufficienti ex parte accusatoris , ut libe- reretur à culpa .

Et licet ex hoc dicatur , quod probatio delicti , quæ sufficit ad liberationem accusatoris , sufficiens etiam sit ad condemnandum reum accusatum , ex eo quod , si accusator liberatur quia probavit , reus condemnabitur , quia probatum delictum ; & in hac intelligentia , eadem esse debet constructio , & litera textus erga accusatorem , ac erga reum : Fateor , quod in promptu , & primo apparet entyphema verum , sed cum sit gravis differentia inter accusatorem , & reum , hæc constituit disparitatem in causa , scilicet , ut accusator si temerè accusationem in iudicio proposuerit , eamque nudam relinquenterit , cum ex hoc defectu , temeritas , seu malitia ejus patet , ne ulciscendi detur occasio , rectè titulus , & leges in eum insurgunt , de pœna temerè litigantibus ; famosis libellis , &c. tamen cum per probationem datum ab accusatore , aliqualiter , seu per indicia sufficientia ad inquirendum , qualia sunt in predicto textu contenta , probet suam intentionem , cum per eam elidatur , & tollatur omnis suspicio temeritatis , & iracundiae , liberatur à pœna , prout

prout liber à causa : in reo vero , non ex hoc sequitur præcisa condemnatio , quia ut dixi , quod fuit sufficiens motivum , tantum ad inquirendum , vel accusandum , inter quod sola est differentia ad magis , vel minus , non est efficax , nec sufficiens ad condemnandum ; alias , ex levibus inditiis sequeretur terribilis pœna.

QUÆSTIO II.

Quænam sint inditia , seu præsumptiones , & argumenta , & ad quot gradus ascendunt.

Inditium , est minima præsumptio hominis boni , seu dictans argumentum à specie probationis. Valet inditium , si ponitur in consequentiam , alterius probationis , non si per se : Argum. l. cum probatio , ff. de Probat. & sic Bald. in Rubric. C. de Probat. n. 9. Cum de hoc , tam remoto extremo probationis , non sit sermo Jurisconsultorum , ad proximè ve-

ritatem probationis declarandam, in d.
l. ult. C. de Probat. non solum inditia,
sed instrumenta, & argumenta signat,
quia tot hæc in probatione, ad verita-
tem indagandam, diriguntur. Probatio,
in meliori ejus diffinitione, est : *Fides
veri, legitimis modis, & temporibus facta
causæ cognitori.* In quacumque causa,
actio, seu intentio actoris, & exceptio,
seu defensio rei ad invicem se habentur,
ut verum suppositum, seu assertum, ad
quod probandum, ab utroque pro suo
proponuntur media, scilicet, argumen-
ta, quæ aptiora sibi ipsis videntur, ut
ex eis, legitimè probatum, vel non pro-
batum à cognitore pronuntietur; cum
vero licitum sit partibus, tempore præ-
finito, quibuslibet modis, totisque vi-
ribus defensionem suam construere, non
uno, non stricte, sed tot modis, torque
adminiculis, quibus licet uti possint, non
tamen im probatis à jure, probationem
suam corroborare, & fortificare possunt.
Sub hac regula favorabili, sic illustra-
tor Nerius in d. §. 7. n. 9. in fin. pro
constantि firmat, quod ad delictum pro-
bandum amplianda sunt media, quibus

pro-

probari possit, non restringenda: & ad probationem vocat tx.in l. 13. C.de Hæretic. quæ, si inspicitur, non de delicto, sed de impedimento tollendo, ut hæreticus, quod ut talis habet, possit esse testis in dispositione testamentaria; sic Christianissimus Imperator Justinianus in dicta lege: *Cæterum testamentaria testimonia eorum, & quæ in ultimis elogiis, vel in contractibus consistunt, propter utilitatem necessarii usus, eis sine ulla distinctione permitimus, ne probationum facultas angustetur.* Nec litera, nec sensus correspondent citationi prædictæ, à Nerio factæ, in qua deficiunt, prima oratio, & adjectivum, eis, quæ reperiuntur in lege. Et nisi de omnibus, quæ oratio mandat, vel tota lege perspecta, &c.

Argumenta ad probationem generice constituta, specifice à partibus applicari possunt; etenim repugnat quod detur probatio in genere. In rebus sensitatis, non reperitur genus à specie separatum, licet in specie, seu individuo conservetur sui generis, & universalitatis ratio; ideoque ne generica probatio, quæ vocatur idea, in actibus preponatur,

probatio specifica desideratur, quæ in criminalibus valet, per propriam confessionem, per instrumenta, per inditia, per notorium, per præsumptionem, per famam, per rumorem, per suspitionem, verosimilia, & alia argumenta cum depositione testis: & cum in nostra Regia Præmatrica ad minus, hæc ultima desiderentur, ut probatum delictum dicatur, & poena imponatur, de singulis diffinitionem dabimus. Cum inditii

Notorii definitio sit jam diffinitio: Notorium est, *quod sine rubore negari non potest.* cap. *Vestra, ext. De Cohabit. Cleric. & Mul.* Et quod notorium est, non contingit aliquem sapientem dubitare, *L. Cives, C. de Appellat. & ibi. Glos.* Presumptio, vel est nis in genere juris, vel hominis, hæc: *Est inclinatio animi boni viri ad eliciendum alterum extremorum ex intellectu, ex conjectura nobili proveniens.* De ejus gradibus infra dicemus. Fama, *est dictum gentium, seu vulgare à vocibus populi tractum.* Rumor, *est instantaneus clamor.* Suspicio, *est passio animi, firmiter non diligentis aliquam conclusionem.*

Famæ.
Rumoris.
Suspitionis.

Ex his, Judex dum enucleare veritatem

tem desiderat inquit, quomodo possit ad scientiam veri pervenire: l. Idem, §. Si tibi, ff. de Condit. obturp. caus. Scientia Scientia veri- autem veritatis: est veritatem visu percep- tatis. tam in mentem tenere. Glos. sing. in l. 2. §. Bart. in l. 1. ff. de Interr. Antepen. verb. Sciat, ff. de Aqua plub. ar- act.n.7. in d. cen. Sic docet Bart. cum hæc scientia l. Admonend. non reperiatur in testibus, vel hujus ff. de Jur. Jur. scientiæ testes deficiant, vel unus, & sin- gularis ad sit, requiritur necessario à nostra Pracmatica inditum, argumen- tum, seu alia species probationi affinis; ex quibus ita explicatis à teste, Judex abstrahere possit scientiam veritatis, ta- men cum ex fundamento, scilicet, ex dicto testis ascendat in gradus veritatis scientia, hæc resultat violenta, gravis, levis, & levissima, de quibus singulis sic.

Principalis gradus veræ scientiæ, ut dixi, constitit: In ipsam veritatem visu per- ceptam, & in mentem retentam. In hoc primo gradu, & in nostræ assertionis confirmationem, Sanctus Joan. Evang. sic ait: Ego vidi, & testimonium perhibui. Et qui vidit testimonium perhibuit, & ve- rum est testimonium ejus. Is est Discipulus ille Joan. cap. 1. 9.21. & c. 3.

Gradus Scien- tiæ 4.

Menoc.lib.6. præf.94.n.57

& latius, lib. 1. q.2.3.& 4.

1.grad.Scien- tiæ.

Joan. cap. 1. ille 9.21. & c. 3.

ille, qui testimonium perhibuit de his, quæ vidit, & scimus, quia verum est testimonium ejus. Christus loquens ad Nicodemum, difficilem ad credendum, sic ait: *Quia, quod scimus loquimur, & quod videntur testamur.* En ubi Evangelista sacer ex testimonio, seu dicto testis per visum, scientiam veram deducit, ibi: *De his quæ videntur, & scimus, quia verum.*

Scientia præsumpta.

2.grad. Scien-
tiæ violentus.

Nerius.

Scientia præsumpta in gradu violento acquiritur per media, quæ quasi necessarie concludant, absque tergiversatione. *Glos. in l. Si tutor, ff. de Per. tut.*
l. Quidam, §. Quod dicitur, ff. de Acquir.
hæred. d. cap. 2. ext. de Præsumpt. Ad Bart. in d. l. hunc gradum reducitur; quando alicui rei aliquis firmiter adhæret. *Navarr. in cap. Si quis autem, 4. n. 10. ext. de Pœnis, dist. 7.*

Gravis præsumptio scientiæ est: *Quæ consistit in simplici oppinione, & resultat ex inditiis, & conjecturis animum ad credendum moventibus, non tamen firmiter, sed incertitudinarie, text. in l. 3. §. Ejusdem, ff. de Testib. ibi: Quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris.* *Menoch. d. lib. 6. præf. 94. n. 19. & lib. 1. q. 7. n. 53.*

Hunc textum assert illustrator in d.

§.

§. 7. num. 6. quo cum probare intentat,
quod inditia præsumptiones, & conjecturæ graves, per se probant delictum.
Ex diffinitione supraposita videri est
differentia inter hujus gradus inditia,
præsumptiones, & conjecturas, & gra-
du violenti; & cum hæc in superiori
gradu, per se sola non sufficient, ut di-
citur in Regia Præmatica, & probavi-
mus in quæstione prima, & ejus conclu-
sione, legenti meliorem textus aplica-
tionem relinquo, & eodem modo, *text.*
in l. de Minore, §. Plurium, ff. de Quæst.
& cap. *Præterea de Testib. cum loco, &*
doctrina D. Thomæ: *text. in l. 19. C. de*
Rei vindict. loquitur in Civili Causa,
prout titulus sub quo continetur, dicit,
& ejus Glos. & D.D. ut videre est in Bal.
ibi: *Quælibet argumenta, inditia, præsump-*
tiones, & conjecturæ, per quæ reus, vel con-
fiteatur, vel convincatur, potentissima me-
dia fuerunt ad probationem, sed non utique
vera probatio.

Levis præsumptio scientię est: *Quæ 4.grad. Scien-*
tantum inducit suspicionem per levia indi-
tia, quibus incipit animus se inclinare ad
credendum, vehementi tamen cum scrupulo

D ejus

ejus veritatis: text. in l. Aquilia cum delatum, ibi: *Ad suspicionem judicis*, l. Absentem, ff. de Pœnis, ibi: Sed nec debere de suspicionibus aliquem damnari, l. 1. §. Si suspicio, ff. de Incend. nauf. ruin. cap. Tua, Menoch. & ext. de Æstat. & qualit. Menoch. dict. q. Farinac. 7. n. 41. Farinac. in Praet. p. 1. q. 36. n. 172.

5.grad.Scientiæ levissimus
Præsumptio levissima scientiæ, est dubietas mera, quæ animus, nec ad credendum inclinatur, nec totaliter abstrahitur: text. in l. 3. C. Qui ad libert. proclam. l. post rem, ff. de Transact. l. Si debitor. ff. de Petit. hæred. glos. recepta in l. 1. C. de Procurat. & in l. de statutu, ff. de Testam. & in rubric. de Jur. & facti ignorant. ubi dubitationem, appellat titubationem, Farin. d. quest. 36. num. 198.

Sic ita explicata natura inditorum, conjecturarum, & suspicionum, quæ omnia sunt argumenta, seu media per quæ actor, & reus suam conantur probare actionem, aut exceptionem, & sic vocantur argumenta à Juris Consultis, & Imperatoribus, ex eisque nulla ratio juridica oritur, quæ omnimodam certitudinem dicat, infalibilitatemque conti-

tinet, quæ constare desideratur à Regia Pracmatica, ut pœna (certa) imponatur, maximè capitalis, qua vita, fama, honor, & totum amittitur. In statu enim possibili ad esse, vel non esse reum, possibile est innocentem punire, ut potè unum ex extremis possibilitatis in esse, vel non reum; quod nec lex, nec Regia Pracmatica permittit, ibi: *Baste la deposicion cierta de un testigo, d. l. Absentem, ff. de Pœnis.* In delicto, seu crimine furti, inditiis, solisque argumentis, & conjecturis constructam probationem, (quæ adhuc incertitudinem continet) & ex alia parte, certam, terribilem, & indubitatelem pœnam imponere videns Regia Majestas, in justam (ut semper) & piam flexit sententiam, & rectissimè, nam in duobus malis minus est eligendum: ut Cic. ait: *In duobus malis, fugiendum majus, levius est eligendum: d. l. Absentem, ibi: Sanctus enim esse impunitum relinqu facinus nocentis, quam innocentem damnare.* Et Reges, & Judices superiores, promptiores debent esse ad liberandum, quam ad condemnandum, *t. Factum, l. Interpretatione, ff. de Pœn.* Jam n. 547.

Cic. ad Q. Fra
trem.

Tiraq. de No-
bilitat. c. 35.

jam conclusionem ex huc usque dictis
in lucem prodamus.

CONCLUSIO.

*N*ulla inditia , conjecturæ , aut
præsumptiones , quæ sunt argumen-
ta , in probatione criminali ascen-
dere possunt ad gradum verita-
tis circà quam ten-
dunt.

Probat. i. **I**Teratis hic authoritatibus , & legi-
bus quibus naturam horum expli-
catam relinquimus , ut eis hæc conclu-
sio sit corroborata , primo probatur con-
clusio sic : Præmissa ex quibus necessa-
riè non infertur , non possunt ascendere
in veram demonstrationem , per
quam scientia rei acquiritur ; sed indi-
tia , conjecturæ , & præsumptiones ,
sunt præmissa , seu media ex quibus ne-
cessariè non concluditur in unum : er-
go , inditia , conjecturæ , & præsump-
tiones non possunt ascendere gradum
veræ demonstrationis . Prov. maj. veri-
tas

tas cuiuslibet rei, est permanens, & una veritas, sed quod est, & est unum permanens non probatur per præmissa ex quibus etiam ad non esse concluditur; ergo: Probatur ulterius: quodlibet est, vel non est; sed probare quod est, per præmissa, quæ etiam ad non esse tendunt, est non probare præcise quod est: ergo.

Probatur 2. Inditia, præsumptiones, & conjecturæ continent in se rationem dubitandi; sed implicat, quod ratio sufficiens ad dubitandum, sit efficax ad decidendum: ergo, por inditia cæteraque hujuscemodi argumenta, quæ sunt media dubitandi, non rectè potest decidi. Maj. est certa, min. prob. Implicit quod eadem ratio, omnino invariata, inclinet, & suadat intellectum ad oposita, tanquam ratio efficax, & necessitans; sed ratio inditorum, conjecturarum, & præsumptionum, est ratio variata, intellectum ad oposita persuadens: ergo ratio inditorum, non est invariata, nec necessitans intellectum ad unum tantum extremorum. Nunc sic: sed ratio, quæ non es efficax, & intellectum necef-

Prob. 2.

cessitat ad unum, non potest ascendere in gradum, per quem veritas objective prædicati præcise demonstretur: ergo, ratio inditorum, conjecturarum, & præsumptionum ascendere nequit statum, seu gradum per quem vera, recta, & necessaria educatur conclusio, seu demonstretur veritas.

Probat. 3.

Probatur 3. conclusio: Ex propositione communiter accidentium, in qua, ut in principio, inditia, conjecture, & præsumptiones constituuntur, & robur accipiunt, & sit exemplum in littera, *text. cap. 2. ext. de Præf.* ut cum Salomonis sententia, & vero judicio, & nostrum probatum relinquamus. *Mater diligat filium suum.* Hæc propositio in intellectu directo, videtur vera, quia communiter, & secundum naturam oritur amor matris erga filium; sed inconceptu reflexo, & in individuo, potest esse falsa; v. gr. *Ergo, Maria diligat filium;* cum propositio hæc non sit per se nota, per quam, ut causam necessariam dilectionis matris erga filium demonstretur. Sic Illustrissimus, meritoque Hispaniæ Salomon nuncupatus, ille D. Bartholomei,

Col-

Collegii Majoris Salmantice, Abulensis Abulens.
super 3. Reg. cap. 3. q. 22. ubi hæc Sa-
lomonis sententia refertur, in hæc ver-
ba, describit: *Præsumptiones, aliæ sunt*
non tam inevitabiles, quæ magis incident
in genus probabilium præsumptionum, &
sic erat ista præsumptio de commotione vis-
cerum, per quam Salomon procesit. Ex qua
vera, & per doctissima doctrina, de-
monstratur, quod hæc præsumptio, quæ
violenta ab omnibus appellatur, tan-
tum ascendit in genus probabilium, quin
transeat in causam certam, & adæqua-
tam, vel necessariam demonstrationis,
seu judicij reflexi.

Angelicus Præceptor i. post cap. 26. S.Thom.
lect. 44. de Entibus intentionalibus, seu de
cognitionibus; sic rectam proponit doctri-
nam. *Necessaria non sunt principia contin-*
gentium, neque ex necessariis, potest con-
cludi contingens. Cumque inditia, con-
jecture, & præsumptiones non conclu-
dant certum, sed contingens, sequitur
non posse esse principia, seu media nec-
essaria: *Quod verificatur in jure: nam con-*
tra evidenter, & omnimodo certum,
non datur, nec conceditur probatio;
quæ

quæ vero semper contra violentam præsumptionem, ceteraque hujusmodi argumenta conceditur: Ut ait Rom. *conf.*

Roman. 215. *num. 4.* & 5. Abbas in cap. Cum contingat, de Officio delegat. propter Glossam ibi: *Nihilominus.* Ubi dicit: *Hanc esse notabilem Theoricam, & semper mente tenendam.* Mascard. de Probation. conclus.

Mascard. 1228. *num. 18.* & *conclus. 10.* ubi à num. 50. per plures causus se explicat, in quibus contra præsumptionem juris, & de jure probatio admisa est. Semper enim ac, in criminalibus veritas ostendatur, prodest, & dextruit quidquid in opinione, etiam probabilissima fuit, & in hoc sistit Regia Præmatica.

QUÆSTIO III.

In quo sensu accipi debeat depositio testis ambigua?

Difficilis captu videtur, quod umbra, sit idem quod corpus, vel quod unum corpus duplē faciat umbram. Sensus propositionis, vel est materialis, vel est formalis, vel est literalis,

vel

vel sophisticus. In propositione facta à teste , quę in se , seu ejus littera , duplīcēm sensum recipere possit , ex quibus unus in reum , alter in ejus libertatem tendat , utpotè ambiguetatem conti- nens , secundum magis communem lo- quendi modum ab aliquibus jure intel- ligitur , secundum verborum proprie- tatem strictam ab aliis , impropriè , & cum violenta interpretatione à multis , & ut excludatur delictum ab omnibus . Cum vero in nostra Regia Pracmatica , ut videri est , magis pietas , quam scrupulosa rectitudo clarescat , ejus ves- tigia , mentemque sequentes , sic nostram elidimus con- clusionem .



CONCLUSIO.

Depositio testis ambigua, vel quæ recipit dupl̄cem sensum, non solum delictum haud probat, sed potius intelligi, & interpretari debet in favorem rei, ut excludatur delictum.

HANC conclusionem tenet Regia Pracmatica, si quidem ex verbis: *Baste la de estar probado por un solo testigo idoneo.* Suponit, & præquirit rectum, induvitabile, & verum dictum testis, ut quantum in se sit probatum dicatur delictum: cui adh̄erent verba Imperatoris Constantini in l. 16. C. de Pœnis, quæ sunt: *Qui sententiam latus est, temperamentum hoc teneat, ut non prius capitalem in quæmpiam promat, severamque sententiam, quam in adulterii, vel homicidi, vel maleficii crimine, ac SUA CONFESSIONE, AUT CERTE OMNIUM, QUI TORMENTIS, VEL INTERROGATIONIBUS FUERINT*

DE-

DEDITI IN UNUM CONSPIRANTE, CONCORDANTEQUE REI FLNEM CONVICTUS SIT: ET SIC IN OBJECTO FLAGITIO DEPRÆHENENS, UT VIX ETIAM IPSE EA QUÆ COMMISERIT NEGARE SUFFICIAT. Sic eam defendit Nat.

Nat. Conf. 2.

Nam cum verbum connatus habeat duplex significationem, cum violentia, &

n. 11. usq. in
15.

sine ipsa, dubia probatio trahibilis ad plures sensus, debet contra producentem interprætari; quia probatio debet esse concludens, maxime in maleficiis. Sic dicam in proposito, quod cum connatus esse possit cum violentia, & sine illa, non concludit probatio delictum, tanquam dubia, & fundata in verbo habente duplē sensum.

Surd. eandem nostram conclusionem tenet, & pro regula generali tradit, & dicit: *Quod hæc omnia, quæ de probationibus dicuntur, observanda sunt in præsumptionibus. Quo circa, sicut probatio dubia interprætatur contra probantem, ita præsumptio dubia, intelligitur contra eundem. Quæ verba, non solum de dubio verbo, sed de dubia præsumptione, in rei favo-*

Surd. Decis.
170.n.7.& 8.
& Conf. 5. à
n.43. usq. ad
50. volum. I.

Bald. in l. 4. rem convertuntur. Eruditissimus Baldus, profundo, & claro exemplo, ut appell. solet, nostram tuetur conclusionem. Et ut ex verbis ejus melius intelligatur, sic ait: *Quod ad similitudinem naturalem, sicut in luce perfecte vidimus, & quando ob-tenebrescit, si vidimus animal ambulans, & cognoscimus, quod est homo, tamen nesci-mus utrum sit Salustius, vel Cicero, postea sequuntur tenebrae, quibus nihil vidimus, ita contingit in probationibus, quia probatio obscura. NULLA est, semiplena, AMBI-GUA est quantum ad fidem: illa autem que clara, & perfecta est, proprie quidem probatio diffinitur. Obscuritatem etiam facit aequivocatio, nisi intellectus ipsam aequivo-cationem resolvat.*

Exemplificat hoc in
Idem. in l. 2. in fin. de certa depositione sic: *Quod si probaretur aliquem cognovisse mulierem per vim, quia ista elocutio est ambigua, & violenta, illa potest esse activa, & passiva; ideo inter-prætabitur passivè, ut excludatur delicium.*

Alciat. Reg. 3. præf. 1. per tot. In nostram conclusionem venit Alciat. Tiberius Decianus. Cons. 8. n. 35. & pro omnibus Farin. q. 85. per totam. Ruin. in Cons. 145. n. 26. Afferit in exem-

Tiber.
Farinac.
Ruin.

plum,

plum; quod accidit Raynald. de Forti,
in l. & si non snt, §. gemmæ, ff. de Aur. &
Argent. legat. Qui cum esset in Florentia:
ibi: Fuit formata inquisitio contra meretri-
cem, quod percussit cum lapilo aliam mere-
tricem: probatum erat, quod contenta in
inquisitione essent vera: dicebatur, quod de-
bebat condemnari; & ipse, quod debebat
absolvi, quia lapis, variis modis accipi-
tur, quandoque pro lapide præioso. §. gem-
mæ. quandoque pro lapide laedente pedem,
l. r. cum ibi notat. C. de Error. Calcul. un-
de est æquivoca dictio, & cum habeat va-
rias significaciones, & agatur de pœna in-
fligenda, debet accipi significatio magis
benigna.

Pro complemento nostræ conclusio-
nis, sit ultima, sed maxima D. Augus-
tini doctrina, in lib. de Hæresibus. cap.
86. citati à Tiber. Dec. d. cons. 8. num.
47. lib. 1. Ubi Tertulianus notatus fuit
Hæresiarca, propter ejus propositionem,
qua firmabat, Deum habere corpus: &
cum defensavit, sic propositionem ex-
ponens: *Quia, scilicet, haec verba hunc*
etiam poterant habere sensum, ut diceret,
Deum esse corpus quodam, non quidem ta-

le , quod partes habeat , quarum aliae sunt
majores , aliae minores , quod etiam loco cir-
cunscribatur , sed ideo potuit nominare cor-
pus , quia non est innane , sed est aliquid ,
qui ubique totus est . Qui sensus non sapit
Hæresim . Huic , ipse Decian . lib . 5 . Cri-
min . cap . 37 . Quod licet hæc excusatio le-
vis sit , & mendicata , cum corpus dici non
possit , quod partes non habeat , tamen Au-
gustinus mitissimè usus censura excusavit ,
ut potuit , considerans nullum gravius cri-
men posse Christiano objici , quam Hæresis .
Et concludit adhortando , & admonen-
do Judices , ut ad tam præclarri Docto-
ris , & sancti immitationem laborent ,
quantum in se possint , divertantque
sensem verborum ab eo , quo delictum
induci potest . Sic ab exemplis probata
nostra conclusio , in jure receptissima ,
& firma manet , specialiter , in Regul .
In obscuris , in dubiis , ff. de Regul. Jur.
Ubi Din . & Dec . qui plures cumulant
textus , & jura consonantia ; & ut ab om-
nibus secuta sentencia , ita intacta à
nobis relinquitur , prout
nota .

QUÆS.

QUÆSTIO IV.

*De inhabilitate testis dispensata,
seu insuper habita ad proba-
tionem à Regia Pracma-
tica.*

CUM visum jam sit , de natura in-
ditiorum , conjecturatum , &
presumptionum , quæ , ut argumenta ,
per se nec probant delictum , nec ascen-
dere possunt ad gradum necessarium ve-
rae probationis ; & quod ambiguitas , seu
obscuritas verborum , & depositionem
non solum non jubat , sed dextruit , in
quantum permititur eorum interpreta-
tio , ipsam probationem ; quæ omnia
conveniunt cum illo secundo extremo
ad probationem signato à Regia Prac-
matica , ibi : *Y añadiendo , &c.* Disputan-
dum venit de primo , & principali mem-
bro , scilicet , de Teste idoneo , ibi: *Por*
un solo Testigo idoneo ; tamen quia in hoc
nulla potest adesse difficultas , quæ veri-
tatem ejus destituat , prosequitur Regia
Prac-

Pracmatica sic: *Aunque sea el robado, o complice, confessó de sí, y purgada su infamia: Ex his verbis manifeste deducitur, Regiam Pracmaticam dispensasse in habilitatem testis, qui furtum passus fuit, & testis, complicis in ipso furto. Priusquam nostrum apperiamus intellectum, aliqua, ad intelligentiam resolutionis prænotare debemus.*

Noto 1. In teste, aliquas reperiri inhabilitates naturales, ex quibus aliæ circa universa, aliæ circa singularia versantur. Inabilitas circa universalia in teste, & quæ provenit à natura, sistit in ceco, muto, & surdo, quia sub his impedimentis, cognitio rerum sensibilium non cadit, nec rationem dicti, nec dictum dicere potest. Sub hac regula comprehenduntur infantes, & parvuli, adhuc intelligentiæ incapaces; etiam mente capti, furiosi, in statu furiositatis, vel dementiæ, & similes à natura improbati. De hac inhabilitate, seu impedimento, nec Regia Pracmatica dispensat, nec loquitur.

Noto 2. Aliam esse inhabilitatem testis, cadens in aliquæm sensum externum,

num, utpote cecitas, abscisio linguæ, surditas; & hæc circa casum sui exercitii etiam non dispensatur, nec potest in Regia Pracmatica; extipitur tamen, qui etsi linguam non habeat, scribere sciat, & posse, aliosque sensus habeat expeditos. Impedimentum enim naturale non sustinetur, nec tollitur per legem.

Noto 3. Aliam esse inabilitatem quæ à jure, ut pœna, resultat in teste, ut infamis, perjurus, & similes, hæc etiam non suspenditur à Regia Pracmatica, ibi: *Purgada su infamia.*

Noto ultimo, aliam esse inabilitatem, quæ resultat ex interesse, & hæc in casu contento in Regia Pracmatica, dispensatur, ibi: *Aunque sea el robado.*



CONCLUSIO I.

Inabilitas testis circa casum, & subjectum, in quo, & contra quæm debet testificare, non validatur per Regiam Præmaticam, nec dispensatur.

HÆC conclusio sumit statum ex l. i. §. quæstionum, ff. de Quæst. his verbis: *Præterea inimicorum quæstiōni fides adhiberi non debet, quia facile mentiuntur. C. repellantur, cap. cum oppor-*

D. Ambros. teat. ext. de Acusat. D. Ambros. sic in Epist. 66.

præsenti loquitur. *Duobus, aut tribus testibus stat omne verbum, sed illis testibus, qui ante diem hesternum, aut nudius tertius non fuerunt inimici, ne irati nocere cupiant, ne laesi ulcisci se velint: in offensu igitur affectus testium queritur.*

Probatur 1. Implicat quod lex imponat pœnam, & simul libertatem pœnæ: sed inabilitas, quæ resultat in teste ad testificandum ex infamia, perjurio, &c. est pœna: ergo testificatio infamis valida esse non

po-

potest, ut impedita, & improbatā jure. Si dicatur, quod inhabilitas infamis, & perjurii ad testificandum, non est pœna principalis impossita, sed effectus ipsius pœnæ, non ideo tollitur vis argumenti; cum effectus hujus pœnæ sit perpetuus, nec requiratur semper pœna, ut causa in conservari, alias, ab instanti, quo corporalis pœna finiretur, & infamia, & perjurii legalis nota tolleretur; quod absurdum esset. Probatur ulterius. Impeditus à jure circa universa, impeditus est etiam circa particularia contenta sub illo universalī; sed infamis, impeditus est à jure indeponendo circa omnia: ergo non potest deponere circa aliquod. Indivisa debet esse fides testis, cum tamen hæc in infami perjuro, &c. improbetur, tota falax redditur, cum impedimentum hoc radicetur in principio aquo, id est indeponente.

Probatur 2. Testis inhabilis in Regia Probat. 2.
Pracmatica rejicitur à depositione: ergo non dispensatur. Probatur antecedens. Ad validationem depositionis testis infamis, requiritur à Regia Pracmatica, ut prius purgetur infamia, ut habilis red-

datur: ergo. Hoc clare constat ex Præmaticæ verbis, ibi: *Confesso de sì, y purgada la infamia.* Licet difficultè videatur, quando infamia purgetur, præsertim in complice in delicto, de quo loquitur nostra Regia Præmatica, cum nunquam magis concipiatur infamis, quam quando per se, & à se confiteretur malificium, seu furtum commisum, siquidem ad ejus pœnam, nullis jam probationibus necessum sit; tamen rectè status rei differentiam Regia Præmatica constituit, cum prius dicat, *confesso de sì:* in quo statu licet verè sit dignus, & reus pœnæ, non tamen pœna est infamatus, nec à jure adhuc impeditus ex ea, quæ adhuc non est, & cum ex alio capite prærequiritur idoneus, ibi: *Idoneo*, depositio hujus validatur à Regia Præmatica, ut facta ab idoneo teste.

In præsenti difficultate, Boerius *decif.*
 319. num. 1. Jul. Clar. in §. fin. q. 21.
 num. 8. & sequentibus, pluribus ab utroque citatis Authoribus, tenent, quod depositio complicis non valet in ofensam alterius, tamen qui contrariam tuentur, dicunt, depositionem complicis validam

dam esse , si citata parte , juraverit , & in tortura firmet dictum: & hæc fuit opinio Bald. in l. *Quoniam liberi* , C. de *Testibus* , num. 5. Et licet omnes dicant , quod hæc depositio per se sola non sufficiat ad condemnandum , hoc etiam invenitur in Regia Præmatica , per particulam copulativam , ibi: *Y añadiendo.*

Ex dictis apparet irreparabile damnum ab Illustratore Regiæ Præmaticæ adscriptum in suo §. 7. num. 1. infine , ibi: *Neri.*
Y no se duda , que el Principe , por la publica utilidad , puede establecer un nuevo genero de probanza :: extraviandose de la comun , y regular : cum præfinita in Regia Præmatica , nec sit nova , nec irregularis , & hæc ipsa ab ipso refertur in eodem §. num. 5. & cum Barth. in l. 1. §. Idem Cornelio , ff. de quæst. n. 13. & aliis scilicet : Ibi esse casum , quo unus testis de visu , & alia inditia conjunguntur ad plenam probationem : hoc idem dicit nostra Regia Præmatica , & sic non à regulis juris , & legitimis modis , & regulari genere , in hujus diffcili delicti probatione deviatur , sed secundum necessitatem , intra tamen juris modos , & ad ve-

tatem necessarios , probationem res-
tringit. Impium enim diceretur , si alio
modo , quo jus disponit , & quo veritas
delicti probatur , Princeps probationem
delicti stabiliret. Dicat Illustrator si in
doctrina Barth. ab ipso relata d. num. 5.
(quæ est eadem , quæ in Regia Pracma-
tica) veritas delicti firmiter clarescit,
cum sic casum expressat : *Que un testigo
de vista idoneo , con otros indicios , o argu-
mentos , bastan para la definitiva condena-
cion in criminalibus.* Depositio testis ido-
nei de visu , ex se inducit firmiter cre-
dulitatem in judice , & solum ei tribui-
tur defectus singularitatis , non facti , vel
dicti , sed numeri ; cum vero hæc tolla-
tur per inditia , præsumptiones , & con-
jecturas , seu argumenta gravia in idem
conspirantia , efficax , & nervosa reddi-
tur depositio , ut per eam condemnatio
recte sequatur ; non vi inditorum , seu
argumentorum , sed ipsius veræ deposi-
tionis ; nebula singularitatis sublata ab
inditiis. Sol , per se independenter ab
alio Planeta , sine adjuvamine lucet , ta-
men si singularis nubis subponitur , ve-
ritas ejus lucis non appetit in rebus sub-

nu-

nube contentis, seu existentibus, bene
tamen concipitur, & abstrahitur ab ejus
splendore, & luce in alia parte sistente,
& tunc verè dici non potest, quod illuc
Sol lucet; sed sublata singulari nube,
tunc veritas lucis apparebit, non vi nu-
bis, sed vi ejus veritatis.

CONCLUSIO II.

*Singularitas testis, rejicitur à pro-
batione in nostra Pracmatica,
& non probat.*

AD unius testimonium, nullus condem-
nabitur: dicit Sac. Scriptura. Uni,
neque Catoni credendum esse: ait D. Hier.
Si ego testificor de me ipso, testimonium
meum non est idoneum. S. Joan. Evangel.
Valer. Max. lib. 4. cap. 1. refert illud
Quinti Scebolæ laudabile dictum, qui
cum ut testis deposuisset contra gravi
crimine accusatum, & exiret è consilio,
dixit: quod ejus depositio valida redde-
retur, si aliorum depositionibus jubare-
tur, ibi: *Quinto Scebolæ viro excellentissi-
mo adnotatum est: testis namque in reum*

Deut. c. 19.
circa fin.
*Non stabit tes-
tis unus con-
tra aliquem,
quicquid illud
peccati, & fa-
cineris fuerit,
sed in ore duo
rū, aut trium
stat omne ver-
bum.*

Num. c. 35.
D. Hier. cont.
Rufin.

Joan. c. 31.

pro-

productus, cum id respondisset, quod salutem periclitantis magnopere laesurum videbatur, discedens, adjecit: ITA SIBI CREDERE OPORTERE, SI ET ALII IDEM ADSEVERASSENT, QUONIAM UNIUS TESTIMONIO ALLQUEM CÆDERE, PEXIMI ESSET EXEMPLI. Et religioni igitur suæ debitam fidem, & communi utilitati salubre consilium reddidit. In eandem sententiam cadit Barth. in l. fn. num. 34. C. de Edict. Div. Adrian. tollend. Valenz. conf. 163. num. 91. Farinac. q. 64. num. 57. & 59. Ubi, quia aliquis visum fuit, quod depositio testis singularis, in gravissimis delictis, operare poterat, non probationem, sed aliquod inditium, sic ait: Et licet in probatione gravium delictorum, singularitatem testium non tollere fidem, dixerit Reminald. conf. 7. num. 50. Ego tamen, quando delicta sunt graviora, etiam minus testibus singularibus fidem esse adhibendam, multo verius crediderim, per id quod dixi in crimen hæresis, quod atrocissimum esse certum est: & tamen testes singulares in eo non probant. Et ista est ratio secundum Pegnam in Direct. Inquisit.

Farinac.

p. 3. Comment. 121. col. 2. Nam cum reus sit suæ vitæ possessor, & melior sit conditio possidentis, non putatur sufficiens unius affirmatio ad ipsum repellendum à sua possessione.

Pet. Erod. lib. 3. Rer. Judicat. tit. 12.
cap. 1. ibi: Et Concilio Carthaginensi 7.
continetur, ut ne dum Episcopo adhibeatur
fides, si solus est. Quare, & de Cosmo
Mediceo, 11. Duce Florentiæ narratur;
qui, cum vidisset hominem vulnerari,
percusorem comprehensum, & facinus
denegantem nihilominus dimitti jusit,
QUIA EO SOLO TESTE ACCUSA-
BATUR. Anton. Gom. tom. 3. Var. cap.
12. in principio.

P. Erod.

Ant. Gom.

Probatur 1. ratione: Depositio unius
testis concludens, quantumvis idonei,
solum facit semiplenam probationem;
sed per semiplenam probationem delictum,
non probatur adæquate, ut puniatur:
ergo per depositionem unius
testis delictum, nec probatur sufficien-
ter, nec punitur: 1. Ubi numerus, ff. de
Testib. ubi Gom. d. p. num. 2. plures tx.
affert, advertendum tamen est, quod
tractatur de teste, non solum idoneo,

G

sed

Id. n. 2. in fin.

sed omni exceptione majori , per quam ei ad tribuitur à jure specialitas aliqua credulitatis, & ab eo avertit omnem suspicionem intrinsecam mendacii ; sed quia omnis homo mendax , & omnis sensus externus mendatio , seu æquivationi expositus, non tantam veritatem singulari homini jura tribunt , majori dignitate, & exceptione fulgenti, quanta desideratur ad plenam rei , vel facti probationem.

Probat. 2. ex doctrina Farinac. supra allata : reus, de criminе accusatus , adhuc gaudet bona sua fama , honore , vita, & bonis , & insuper , negat delictum imputatum sibi : hic reus ante accusacionem , erat idoneus , bonæ famæ , &c. Testis unus , vel singularis deponit contra , etiam idoneus. Quare in his duabus contrariis assertionibus, standum sit depositioni crimen inferenti , & non excludenti ; cum hæc juvetur bona fama , cum regulari judicio omnium , quod omnis homo bonus , nisi contrarium probetur ; super hoc , & ad pleniorem intelligentiam hujus difficultatis, & aliarum , pro doctrina generali expendam ali-

aliqua scitu digna , in electione ex parte intellectus ex contrariis.

Cum in quæst. 3. & ejus conclusione probatum relinquamus, dubiam propositionem testis, vel ambiguam ex qua probatum, & improbatum potest ori-ri factum criminis, utpotè in suo ad con-traria extrema aptam sensu ; & hic lo-quamur , non solum de depositione unius affirmativa , & alterius negativa circa idem , sed quod accidere potest, de plurium testificationibus inter se æqualiter contrariis , ex omnibus attin-gitur doctrina Angel. Præcept. in 3. sent. dist. 17. q. 1. art. 4. ubi sic ait : *Esse mo-tum rationis supra utramque partem con-tradictionis cum formidine determinandi in alteram.* Ad hujus tx. intelligentiam Pa-ter Camargo, lib. 1. controverf. 9. art. 1. §. 1. & 2. aliqua edidit colloraria.

D. Thom.

Primum : motus rationis , quem du-bitatio importat , esse intellectus accuti, qui pariter , & adéquate , utrumque ex-tremum contradictionis attingit, ut pro-positum per motiva diversa , & se se in-vicem oppugnantia, quorum quodlibet intellectum sollicitat trahere in suam

partem per determinatum assensum. Hic intellectus, velut equali funiculo, equalisque viribus obstrictus, licet veritatem attingere conetur, cum solvere non possit, impeditus est ultro procedere.

Secundum: Intellectus, dum dubitat, vel per ipsum actum dubitandi, vel per alium priorem, qui fuit causa illius, oritur amor ad acquirendam veritatem, ut asequibilem, & ex eo oritur vis illa, quam intellectus patitur, cum dubitatione impeditur.

Tertium: Dubitationem provenire ex defectu scientiae, non ignorantiae, sed imperfectae scientiae, cum ignorans non dubitet, nec habere possit rationem dubitandi.

Quartum: Dubitationem non esse sine ratione, & si haec gravis, gravis, & dubitatio erit, & levis, si levis, tamen aequalitate contradictionis retenta, qua intellectus huc, & illuc agitatur, & vertitur.

Quintum: Excluditur hic dubitatio, quæ oritur ex nescientia rei, licet aliqua ejus notitia habeatur, cum non contradictionis, sed ignorantiae fundamen-

mentum adsit. Ita D. Thom. loc. cit. ad
 2. Non omnis nescientia dubitationem cau-
 sat, sed quando aliquis rationem ejus, quod
 querit, & de quo contraria apparent, vi-
 dere non potest. Qui enim diceret se ob
 nullam rationem dubitare, non dubita-
 re revera, sed delirare potius, aut som-
 niare censeretur.

Ex omnibus infertur, quod intellec-
 tus, veritatem quærere desiderans, hoc
 vel simili modo se habet; utra ex his ve-
 ra? Num hæc? Num illa? Cur hæc?
 Cur non opposita? Et sic indeter-
 minata fluctuat, & laborat quærens in-
 veniendi veritatem aptiorem modum.
 Ad hoc tripliciter propositionis, & ejus
 objeceti status considerati debet. Primo
 proponitur rationibus utrinque pari-
 bus, ita ut neutra præmineat alteri per-
 ceptibiliter: in quo statu, non est nobis
 liberum dubitare, sed necessarium. Se-
 cundo proponitur, ita ut altera alteri
 præmineat notabiliter; in hac hypothesi,
 liberum nobis est dubitare ex altera par-
 te duntaxat, cum ex præminentibus, pos-
 sit intellectus libere dubium resolvete
 per determinatum assensum, à contra-

ria

tia parte , seu opposita non æqualiter adstrictus . Tertio proponitur , ita ut ex una parte adsit ratio sufficiens ad assen-
sum , ex opposito vero nulla sufficiens ; & in hac hypothesi , dubitare liberum est solum ex sufficienti ad assentiendum parte ; cum in opposita desit omne prin-
cipium motus intellectus , scilicet ratio ostendens veritatem objecti .

Sic breviter explicatis contrariis pro-
positionibus , ut intellectus in assentien-
do eligere teneatur , vel potius tenea-
tur assentire ; de primo statu , non du-
bium , quin in nostra materia pœne im-
possible sit , ut reperiantur ita inter se
æqualiter opposite propositiones , seu
depositiones , ut ex una , aut altera non
preheminat aliqua ratio , seu circumstan-
tia rationis , quæ sit sufficiens motivum
per quem intellectus prudenter se mo-
veat ad assensum , jam ex differentia
testium , jam ex eorum numero , jam ex
redditione rationis dicti , jam ex con-
gruentia dicti cum facto , jamque ex fa-
cta , & aliis quam plurimis causis . Ju-
dex ergo qui sententiam latus est , ex
animi sui motu , prudenter attendat ad
quam

quam ex contrariis partem, remota pa-
ssione, intellectum suum comprimit ra-
tio illa, quæ statim, & regulariter resul-
tat in intellectu orta ex majoritate ra-
tionis, aliquando, occulte, illum ad se
movens, ut assentiat.

QUÆSTIO V.

*Quæ requirantur, ut depositio tes-
tis sit valida, & quantum est ex
se probet delictum?*

SOli enim testes, ad ingenuitatis proba-
tionem non sufficiunt. Ait Imper. Imp. Alex.
Alex. in leg. i. C. de Testib. & in l. 3. eod.
Imperatores, Catus, Carinus, & Nume-
rianus: Solam testationem prolatam, nec
aliis legitimis adminiculis causam aproba-
tam, nullius esse momenti, certum est. Duo
debet considerare Judex in depositione
clara testis. Primo: pertinentiam, vel
impertinentiam dicti cum facto. Secun-
do: an dicti substantia repugnet natu-
ræ? Nam in primo, per impertinentiam
non creditur: *l. Ob carmen, §. Si testes, ff.*

b.t. nec in secundo , quia non conve-
nit scientię. Juramentum enim adstrin-
git testem ad veritatem dicendam, non
diminutam, sed planam; quod ita se ha-
bet: *Ego, N. Juro meram, & plenam dice-
re veritatem pro utraque parte, de his, su-
per quibus sum productus, & de quibus in-
terrogatus fuero.* Sic ergo non satisfaciet
juramento qui sciens , non plenam, pla-
namque dixerit veritatem.

CONCLUSIO.

*Depositio testis , debet esse specifi-
ca, & adæquata ratione jubata,
ut probet.*

Probatur
ratione.

HÆC conclusio , verissima in se,
probatur ratione. Primo: Depo-
sitio testis simpliciter prolata , est sim-
plex oppinio ; sed per simplicem oppi-
nionem non vèrè verificatur assertū : er-
go : probat. maj. esse , vel non esse sine
ratione essendi, nihil aliud est, nisi sim-
plex, sine ratione dictum: *Cap. Etsi Chris-
tus extr. de Jur. Jur. sed per hoc non ve-*
ri-

rificatur esse , vel non esse : ergo: iterum probat. major: esse , vel non esse aliquod factum , non verificatur per ipsudmet factum , sed per rationem essendi ipsius facti ; sed non posita ratione essendi facti , non potest sciri constitutivum esse ipsius facti: ergo.

Factum igitur , quod actione , vel operatione extrinseca factum est , ut constituatur in esse facti , continet rationem specificam à priori , ex qua originatur ; & ad facti essentiam , vel dependentiam , necessario requiritur cognitione agentis , ut cause , à qua provenit , aliter enim tantum factum cognoscetur , cognitione quoad an est , non quo ad quid est , quæ precisiè requiritur in teste , ut Judex ex ejus dicto , possit iudicium facere .

Secundo probatur: per simplex dictum testis , qualitas delicti non specificatur ; sed Regia Pracmatica , non furum tantum , sed circumstantiatum punit : ergo , depositio simplex , ea scilicet , quæ tantum delictum commisum dicat , specifice non signat locum , in quo sistit circumstantia , seu qua-

L. Quæro in
fin.ff.de Edi-
lic. Edict.

litas delicti ad poenam: ergo, ut poena Præmaticæ teneat, necesse est, ut factum, seu crimen explicetur à teste per ejus qualitates.

Exempla.

Exemplis demonstrabitur nostra conclusio, & sit primum. Respondit testis: *Scio, quia scio, vel quia ita est: non probat;* quia nihil corroboratur ultra dictum: *l. Pro hærede, ff. de Pet. hæred. & l. seq.* Secundum: dixit testis: *Scio, quia credo,* nec valet; cum componi possit, & testem credere verum, quod falsum est: *l. de Tutella, ff. de Testam. mill.* & è contra. Ratio dicti est per quam dictum concludit, vel non probat, cum traddat ad se dictum, & in suam naturam illud convertat.

Tota enim probationis virtus consistit in ratione, qua argumentum tendit ad esse, vel non esse probatum, semper præponderans dicto: v. gr. dicit testis, *nihil scio nisi quia vidi contenta in interrogatione, vel, quia præsens fui:* tunc licet dictum, nihil scio, nihil probet, tamen per rationem probat interrogationem: *l. Qui testamento, §. I. ff. de Testam. l. Testium, v. Præsto, ff. de Testib.* Ratio dicti de-

debet esse plana, & simplex, no per difficultates intellectus, quando crimen in facto consistit; itaque cum circa factum scientiam habere dicat, nihil interest, an circa substantiam erret, per accidentia enim inspicitur substantia facti, cum invisibilis ejus essentia inspici non possit, nec animus, dolus, cæterèque animæ, proprietates, seu passiones; sive sufficit in teste dictum, quod vidit, vel præsens fuit, tamen si nocte fuerit, expressione lucis.

Tertium: Dixit testis: *Sic sibi videri, non valet.* Non enim testis, sed Judicis intellectui permittitur suum exponere judicium; sic in cæteris præsentis materiæ casibus, qui in facto consistunt, & in operatione, non vero in delictis externum factum pro perfectione non exposcentibus, in quibus abstractivè indagatur delictum, ad quod verificandum regulariter ad torturam devenirunt.

Sciendum enim est, quod non omnia visibilia, seu corporea, quæ intra exercitium sensuum nostrorum sunt, à quolibet sensu infalibiliter cognoscuntur,

tur, ut potè ensis venenatus, quo aliquis fuit leviter vulneratus, tamen ex vulnero mortus: tunc enim non sufficit, si testis dicat se ense vidisse fabium ferire; sed requiritur, ut vereficietur illa maligna qualitas veneni; principaliter cum Chyrurgi ex revisione vulneris, illud leve dicant. Sicque, vel ad propriumensem recurritur, & peritorum experientia verificatur qualitas, vel si hoc fieri nequit, recurritur ad vulnus per expertos Chyrurgicos, ex concurrentia humorum, & causa, qualitatem demonstrante. Itaque in teste sufficit factum explicare, instrumentumque distingue-re, cum hoc solum possit videre, qualitatis autem instrumenti cognitio non pertinet, nisi ad intellectum, at testificatio per ratiocinationem non admittitur.

Ultimo intelligendum est, rationem dicti esse fundamentum, super qua se-det depositionis veritas, itaque ut mani-festè appareat, in solida, & firma ra-tione fundari debet, aliter enim si in adæquata, & futile ratione sita sit depo-sitio, dextruitur à fundamento. In sensi-

bus externis falibilitas magna versatur, præsertim in gustu, odoratu, tactu, & auditu; in queis turpitudo, & æquivocatio generatur; sic depositio testis jubata aliquo ex his non valet in nostra materia, nam licet ex auditu vocis, dicat testis, esse Joannem, cum per similitudinem alterius vocis, vel cam figurando, experientia doceat multos fuisse decæptos, ejus depositioni non statur, utpote non irrefragabili.

QUÆSTIO VI.

*Utrum Regia Pracmatica intelli-
gi debeat circa nudum fur-
tum, aut circunstan-
tiatum.*

HUJUS quæstionis dubitatio, oritur ex verbis ipsius Pracmaticæ, posteriorisque super eam Regii decreti, nam in illa, sic continetur: *Que à qualquiera persona: que le fuere probado haver robado à otro: in hoc ita: Que todo hurtu calificado, ò no, de poca, ò mucha cantidad,*

Gc.

¶. Ex quibus videtur circa nudum furtum versari; sed cum tota lex inspici debat, ad ejus verum sensum intelligendum, instruere debemus quæstionem hanc, ex verbis preparativis Regiæ resolutionis. In Præmatica, presupponitur reiteratio furtorum in capite, & distractu Regiæ habitationis. Secundo supponitur securitas habitantium, & venientium necessaria, ut omnes sub umbra Regia incolumes vivant, ut in fonte justitiae. Tertio circumscribitur distractus, & circumstantiatur presentia Regis. Ex quibus omnibus, non nudum, sed vel iteratum, vel circumstantiatum, seu vestitum furtum quodlibet, quod commitatur, commisum esse dicetur.

Ad expressionem iterationis, in Regia Præmatica sic Casiodorus. Necesse est vindictæ subjaceat, qui prævis moribus Pet. Greg. de obsecundat. Petrus Greg. Et plures esse, Rep. lib. 5. qui cum id facere student, rempublicam ad cap. 2. n. 1. subversionem, & interitum, vel ad confusio-
Div. Bern. lib nem revocant. Divus Bernardus: Impuni-
3. de Consid. tas est incuriæ soboles, insolentiæ mater,
ad Eugen. radix impudentiæ, transgressionum nutrix.
Id. lib. 4. Epist Et in alio loco. Obrueretur quippe inno-
35. cien-

cientia , si relaxaretur audacia , essetque cunctis fallendi studium , si fraus lucraretur effectum. Ad nostrum intentum etiam Lactantius. Quod enim non metuitur , contemnitur , quod contemnitur , utique non colitur , ita sit ut Religio , Majestas , & honor metu constent. l. Pœna , C. ad l. Jul. Repetund. l. 20. & 28. §. famosos , ff. de Pœn.

Lactant.lib.8

Ut in Curia securè , ut in Fonte Justitiae , & quietius vivatur , est secunda expressio Regiæ Pracmaticæ. Ad quæ verba , & in eis possitam , seu expressam , & pliam intentionem , facit lit. tx. in cap. fruſtra 23. q. 5. ibi : Non fruſtra ſunt iſtituta , potefas Regis , & cognitoris jus , ungulæ carnificis , arma millitis , disciplina dominantis , ſeveritas etiam boni patris: habent omnia iſta modos ſuos , cauſas , rationes , utilitates ; hæc cum timentur , & mali coercentur , & quietius inter malos vibunt boni. Sic eleganter Seneca : Nemo prudens punit quia peccatum eſt , ſed ne peccetur. Etiam Divina in Historia inveniuntur exemplum. Salomon enim ſic in Proverbiis ait: Peſtilente flagellato , ſtultus sapientior fit.

Senec.lib.de
Ira.

Proverb. 19.

Ecclef. 11.

Qui autem exultavit in malis , conſenſerunt in malo.

Illustrator Nerius, in introductione num. 12. & 13. hanc tangit conclusio-
nem, quam, pluribus exornat authori-
tatis, & affirmativam defendit, &
in num. 15. tandem in negatiyam flec-
tit. Ad affirmativam tradit, Angelicum
Præceptor in q. 3. num. 4. defecta par-
te (fortasse in impressione) & dicit. Ubi
contra Scotum firmat dict. conclus. Mi-
rror in modo citandi! Nam D. Thomas

D. Thom.

Subt. Doct.
Scot.

nunquam, ut prior, potuit esse, nec
firmare conclusionem contra Scotum
nondum in rerum natura, ut notum
est; non enim idem dicit, Angelicum,
& Sanctum Doctorem scripsisse contra
Scotum, ac Scotum in aliquibus à D.
Thoma defendisse; diversitas enim sepe
in modo reperitur. Subtilissimus, Ma-
rianusque Doctor, Joannes Dun-Sco-
tus in 4. sent. dist. 15. q. 4. Et quod lon-
go tempore prius Alexander Ales, suæ
Seraphicæ Religionis Doctor Theolo-
gus dixerat in 3. p. q. 47. memb. 4. artic.
3. firmat conclusionem: *Quod pro sim-
plici, aut solo furto, non debet quis licite
decapitari.* Hæc conclusio etiam firma-
tur ab Illustratore d. n. 15. & credo,

quod

quod etiam à D. Thoma ; & est sensus expressus ipsius Pracmaticæ , in expressione iterationis , fontis justitiae , quiætis publicæ , timoris , & reverentiae loci , quæ ut circumstantiae statuti , & legis , præcisè , & necessario comitant , & sociant delictum ; in hocque sensu , nec simplex , nec solum dici , aut considerari potest .

CONCLUSIO.

Regia Pracmatica , in imponenda pœna , non loquitur , nec intelligi debet de simplici , aut nudo furto , sed de circunstanciato .

EGO occidam , & ego vivere faciam .
Deus enim Creator omnium , qui potest vivificare , potest , & occidere ; sicque sibi hanc reservans potestatem , dedit nobis in præceptum , Non occides ; quod cum negativum sit , totam à nobis tollit facultatem occidendi , sub pœna , secundum S. Evang. Mattheum , ut , Om- Deut. 32: Matth. 26.

nis qui occidit gladio , gladio perhibit. Ex quibus veris principiis, sic nostram probare conclusionem conor.

Probat. 1. Qui non habet potestatem occidi , occidere non potest ; sed Judex non habet potestatem occidendi pro furto : ergo Judex pro furto occidere non potest : Probat. maj. Princeps tantum ille , cui Deus concessit facultatem , potest eam exercere ; sed Deus Principi pro nudo furto facultatem non dedit occidendi : ergo. Probat. min. Facultas à Deo Principi concesa tantum verificatur in homicida , & adulterio , sed in furto nudo hoc non verificatur : ergo.

Ner. Respondeo ad argumentum : Primo cum doctrina Illustratoris relata *in §. 9. à n. 1.* in quibus adstrictus ab implicazione , ut in locis à Regia Pracmatica signatis , possit commiti furtum nudum , confitetur quod pro hoc non statuitur poena , nec loquitur in Pracmatica , sive que , ut antea , convenit cum doctrina Subtilis Doctoris , à se impugnata . Secundo : Verum est , quod principi non licet , nisi id , quod à Deo ei permittitur ; verum est etiam , quod est Dei

inferior, in hacque linea, non potest,
quod ipse superior Deus facere potest,
& quod adstringere se debet legibus, &
præceptis sibi datis; sed cum in exem-
plis alatis, nullum verbum reperiatur,
quod in alio crimine occidendi reum
facultatis prohibitionem contineat, non
potest dici, quod tantum in homicitio,
& adulterio occidendi facultas reperitur
principi concessa, sed in aliis criminib-
us gravissimis in se, vel gravissimis
ex malitia, circumstantia, vel ex efec-
tu. Hujus, exemplum habemus in sacra
pagina.

Legitur in Deuteronomio, quod Deut. 25:
Deus severissime punivit Civitates, il-
las, Datam, Abyron, Coret, Sodo-
mam, & Gomorram, si quidem absor-
ti fuerunt à terra omnes earum habita-
tores vivi; non tamen legitur, hoc fui-
se per homicidia, & adulteria, sed prop-
ter scisma, quod adversus Dei Sacerdo-
tes suscitarunt. Ex quo non solum con-
stat, quod ex alio capite potest princeps
per legem occidere; sed ex eodem loco
in fine, litera Pracmaticæ admiratur.
Hæc, relata punitio, non solum ad de-

lieti pœnam, sed ad medicinam, & aliorum coercitionem fuit data, & ideo, turbula eorum, qui vivi aborti fuerunt à terra, jusu Dei, possita fuerunt in laminas Altari affixas, ut cernerentur pro signo, & monimento à filiis Israel: Sicque Regia Præmatrica, ad coercitionem multorum, & pœnam delinquentium, non solum delictum, ut in se, sed ut aliis sit signum, & monumentum punit.

Ita hoc modo, delictum materiale, scilicet, quod dolo caret, à Jurisconsultis jubetur puniri, l. Si quis, §. qui *abortioni*, ff. de Pœn. ibi: *Et si dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est,* l. Aut factio, ff. Eod. §. antepen. ibi: *Et ideo apud Grecos exilio voluntario, fortuiti casus luebantur,* l. 3. §. sed ex S. C. ff. Ad l. Corn. de Sicariis. Sed ex Senatus Consulto iusta est relegari ea, quæ non quidem malo animo; sed malo exemplo: His exemplis prima argumenti solutio firma manet.

2. Probatur nostra conclusio. Impli-
cat, quod locus sit circunstanciatus ad
in eo facti pœnam, & quod factum in

eo , sit sine hac circumstantia , seu qualite ; sed locus , de quo in nostra Pracmatica , est qualificatus : ergo . Assumptum probatur ex d. l. Aut facta , ff. de Pœnis . Ubi describuntur circumstantiae , seu qualitates facti , ibi : *Locus facit , ut idem , vel furtum , vel sacrilegium sit , & capite luendum , vel mitiori suppicio* . Cum vero prohibitum sit omne furtum in loco signato , in eodem loco absque peccato in specifica ejus qualitate , ne quit furtum aliquod committi , cum distinctio loci qualitatem ei tribuat . Singulariter , signanter , & primo Rex noster in constitutione Pracmaticæ proposuit in consideratione locum ; & cum primo , & principaliter veniat locus in consideratione facti , ideo factum , seu furtum , ut secundum in consideratione , concipitur ad pœnam sub ratione loci primæ considerationis ; qualitas enim est inhærens , & nullo conceptu juris separabilis , utpote ab ipso jure facto identifica-
ta . Non omnes res in sacro loco possitæ sacræ sunt , nec sacrum de sacro , sed cum locus sacer habeatur primo in consideratione , fur in eis , non ut fur , sed ut sacrilegus punitur .

Hic

Bart. Hic referam quæ Bart. in hac l. de qualitate dicit. Tantum intelligi debet locus in circumstantia , ut augeatur pœna , quando in eo prohibetur , quod in aliis locis etiam committitur , licet non licite , ad differentiam locorum. Si quidem sacrilegium , si consideretur , ut factum , furtum dicetur , tamen , ut in loco sacro , sacrilegium est ; si tamen sic divideretur conceptus , vix imponeretur pœna pro unico furto ; sed cum locus sacer non vis , sed primo habeatur in consideratione , una tantum pœna delictum punitur. Sic in loco distinto , & assignato in nostra Regia Pracmatica , cum furtum in omni loco sit prohibitum , puniaturque per se , non per rationem loci , ad differentiam cæterorum locorum , ex quibus nulla habita est consideratio , primo puniri jubet furtum pœna capitali , circumstantiæ , & qualitati correspondente; ex quo manifestè apparet , quod non vis , sed primo locus venit , & habetur in consideratione , ut augeatur pœna.

P. Alph. de
Castr. de Po-
test. leg. Poen
lib. I. c. 6.

Pater Alphonsus de Castro , Princi-
pem Sapienti Medico assimilat; ille mys-
ti-

tici Reipublicæ corporis , hic individui naturæ humanæ. Et ut Medicus sapiens, & bonus eamdem infirmitatem iisdem medicamentis non in omnibus curat, sed secundum accidentia præparat ; & quod in uno levi medicamine , propter simplicitatem , tollitur , in aliis , tota medicina non sanat propter complicationem accidentium ; & tum , vel mors sequitur , & ne sequatur membrum aliquod absconditur , si in eo est peccatum: Sic Princeps, si vitium aliquod in res publica crescit, & iteratur, si in capite Regni , ubi sedit justitia , si sub ejus umbra, ne ex his perversis aëtibus, habitus transcendentat pestiferus ad multitudinem , non suavi , ut delicti nudi pœna , sed gravissima ad coercionem depravatae libertatis , iteratique delicti , ad medicamentum , ne corpus Reipublicæ , seu multitudo pereat , delinquens membrum , idest reos puniri jubet.

Hoc totum legitur in d. l. aut facta , §.
Evenit , ff. de Pœnis : ibi : Evenit , ut eadem scelera in quibusdam provinciis (dic locis) gravius plectantur : ut in Affrica mesium incensores , in Misia vitium ; ubi metal-

talla sunt adulteratores monetæ. Et in §. sequenti sic : Non nunquam evenit , ut aliquorum malefitorum suplicia exacerbentur , quoties nimirum multis personis gravantibus exemplo opus sit.

QUÆSTIO VII.

Utrum Locus Regiae Curiæ , possit circunstantiari , prout in Regia Præmatica.

Illustrator Nerius in §. 2. hanc abunde , & discretè exornat quæstionem ; tum legibus , tum authoritatibus , & rationibus fulcitam ; sicque breviter eam exponam , cum transcribere nec sit necesse , nec utile.

Marc. l. i.
Epigram. ad lib. suum.
Ovid. de Art. amand.

Marcial. de Sacra Domo , & Sacro Palatio sic ait : *Inde sacro veneranda petes Palatia Clivo.* Ovidius sic ejus superbiam intelligit : *Illic , quas tullerant nemorosa Palatia Frondes.* Palatum apud aliquos denominationem accepit à Pallante , Gigante , qui , ad sui magnitudinem , domum superbam ædificavit. Ex quo cum

Prin-

Principes sint in potestate Gigantes , eorum domus in Palatia eriguntur , ut in sumptuosa Palatii ostentatione , & fabrica , in Principis , seu domini excellentiam veniamus. De Sacris Domibus , & Palatiis integer titulus invenitur in Codice Justiniani Sacratissimi Principis. Pluribus in locis Sacrae Scripturæ Palatii nomen reperitur. In libris Regum , signanter in 3. Palatum Achab, Regum. 3. c. Regis Samariae :: 4. Ierunt ergo Portarii , 21. ¶ nuntiaverunt in Palatio Regis intrinsecus :: Id. Et venerunt per viam portæ scutriorum in Palatum , ¶ sedit super Thronum Regum : Id. Et universum aurum quod inveniri potuit in thesauris Templi domini , ¶ in Palatio Regis : Id. Joatham vero filius Regis gubernabat Palatum , ¶ judicabat populum terræ : Id. Et erunt Eunuchi in Palatio Regis Babilonis. Prober. Decrebit autem Salomon ædificare domum nomini Domini , ¶ Palatum sibi : Id. Qui custodiebant vestibulum Palatii. Esdræ. Nos autem memores salis , quod in Palatio comedimus. Danielis : Et qui possent stare in Palatio Regis. Id. Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea , ¶ florens in Palatio

meo. Ex his cognoscitur Palatii nomen
in antiquissimis fuisse veneratum. Si-

Pompon. l. 2. quis violaverit muros, capite punitur: ait
Var. lec. leg. J. C. Pompon. & Romuli, frater Remus
fin. ff. de rer. occisus tradditur ob id, quod murum trans-
divis.

Ulpian. in l. 9. ff. eod. Ulpianus lib. 8. ad
Edictum, de sacrī locis loquens, sic ait:

*Quod enim sanctōne quadam subnixum est,
id sanctū est, et si Deo non sit consecra-
tum. Et interdum in sanctōibus adjicitur,
ut qui ibi aliquid commisit, capite punia-
tur. Ex quibus jam venit nostra propo-
nenda conclusio.*

CONCLUSIO.

*Palatium, Regis, Regia Curia,
cum ejus territorio, non potest cir-
cunstantiari, sed est circumstan-
tiatum.*

EFicax conclusionis ratio, à Regia
persona, utpotè verè inhumanis
sacra, procedit; Deus enim ubique est
præsens, ad similitudinem vero Rex,
etiam representativè est ubique terra-
rum

rum dominii sui; sed cum non ubique locus, nec sacer appelleatur, nec immunitus sit, sed tantum ille, qui Deo sacramus est, similiter omnis terra Regi subiecta, cum non specialiter Regiae praesentiæ sit dicata, haud gaudet hac speciali consideratione, sicque inter se differant, ut sacer à profano. Hoc tamen intelligas præcor cum differentia inter humanam, ac Divinam Majestatem; & sub hac, quia præsentialiter, & ad nostram intelligentiam, est, & habitat in Sacrosanto Altaris Sacramento, Templum, seu Ecclesia tota sacrum, & sacra est, & ejus immunitas ad extra per aliquos passus se extendit, sic, meo videri, ad proportionem, Palatium Regis, ubi præsentialiter Rex habitat sacrum concipitur; cum autem in eo sit Curia, cuius ordinaria jurisdictio per quinque in circuitu leucas se extendit, tracteturque de ejus exercitio, injustum erat, ut frangeretur in partes, cum ad omnes immunitas, seu adhærentia Palatii comprehendatur. Hoc enim non ex novo jure, aut constitutione provenit, sed ex

determinata habitatione Regia , cum ex ipsa adsit, vel mutetur Curia.

Argum. 1.

Contra hanc conclusionem sic primo insurgit difficultas. Furto , ut furto, imposita est à jure pœna ; sed pro uno delicto duplex non potest pati pœna: ergo , furti delicto una tantum pœna imponi potest: nunc sic ; sed furto commiso in locis Regiæ Præmaticæ , non solum furti , sed etiam statuti pœna imponitur : ergo , uno delicto duplex pœna imponitur : min. subsumpta probatur. Furto solo , vel simplici tantum imponitur pœna deportationis, præsidii , verberorum , & similium , non autem capitalis; sed per statutū Regium, hæc imponitur, supra ceteris : ergo , duplex pœna imponitur. Probat. anteced. Independenter ab statuto , vel in locis in statuto non contentis est alia , & diversa pœna furto imposta ; sed alienas, seu diversitas , saltim numericam distinctionem constituit: ergo .

Solutio.

Ad hujus difficultatis solutionem dico : Quod inspici debet ratio statuti in pœna , utrum sit in dispositione , an in
con-

conditione, scilicet, utrum sit infacto nudo, an sit in contumacia; & cum in nostra Regia Pracmatica, non infacto nudo, sed infacto contumaci pœna imponatur, non dicitur pœna in dispositione, sed in delicto, sive non duplex pœna, scilicet, una incommuni dispositione, & altera in conditione, sed una tantum pœna consideratur aucta, non alia, nec diversa, sed tantum dispar in magis, que non mutat speciem, nec in sua linea constituit numerum distinctum. Sic Cyn.
in l. I. C. de Crim. Stell. & Barth. in l. Omne delictum, ff. de Re Milit. & in l. Contumacia in principio, ff. de Re jud. Ex quibus non solum venit intelligendum, quod pœna statuti, seu Regiae Pracmaticæ, non est duplicata, seu altera à jure communi imposita, sed etiam, quod non sequitur per eam inconveniens in jure, ut locus, in Regia Pracmatica signatus, possit, & debeat circumstantiari.

Argum. 2.

Secundo contra nostram conclusio-
nem sic: eadem ratio motiva, ut locus
contentus in Regia Pracmatica circuns-
tancietur, seu qualificetur, adest in om-
ni loco in ratione furti; sed omnis lo-
cus

cus non qualificatur in nostra Regia Pracmatica: ergo, hæc circumstantia res restricta ad quinque leucarum distantiā, rationem communem restringit: nunc sic; sed posita eadem ratione in uno, ac in alio loco ad prohibitionem delicti, eadem debet esse in judicio pœna: ergo, in omni loco pœna furti debet esse eadem. Augetur difficultas: eodem modo jure, & vinculo adstrictus est Princeps ad prohibitionem delicti furti in universa terra sibi subjecta; sed per Regiam Pracmaticam, non eodem modo imponit pœnam in uno, ac in alio loco iidem delicto: ergo, nec debet, nec potuit differentiam facere in locis, sub unica ratione, & jure contentis.

Solutio. Ad solutionem hujus difficultatis dicendum est: verum esse quod quoad Principem, & ejus potestatem, tutellam, & protectionem, non potest, nec debet considerari differentia locorum sibi subjectorum, cum eadem ratione, jure, & vinculo ad omnes teneatur; siquidem omnes loci, seu omnis terra ad se defendandam Regi, seu Principi contribuant æqualiter, & eodem modo sint.

in

in patrimonio Regali; sed quoad jurisdictionem exercendam in delictis, quæ sunt infirmitates Reipublicæ, & Provinciæ, liberum est in Principe, prout accidat, & conveniens sit, jura condere, magis, vel minore rigore imposito. Princeps, signanter Catholicus noster, plus pietate, ac charitate, quam severitate prædictus, non vult mortem delinquentis, sed magis, ut convertatur, & vivat, sicque licet eadem ratione ad omnes terras adstrictus sit jura condere, eadem prout convenit, providit in Regia Practimatica, cum distintione loci, scilicet, in hoc loco, executione pœnæ, & ex hac, in coercitione delicti in alteris. Nulli equidem occultum est, quod dispositio statuti Regii non possit ab eodem extendi de loco, ad locum, & ad omnem terram; sub qua ratione, statutum simul operatur in loco expresso cum pœna, ac in ceteris locis cum timore extensionis; & sic ratio generica adstringens Principem ad æqualem protectionem, & providentiam, adimpta reperitur.

Visis jam rationibus dubitandi, & eas solvendi, manifeste declaratur, quod

Rex

Rex noster , licet generale decretum posuit in pœnam statuere , subditorum favore , & venia , seu misericordia delinquentium , illud restrinxit ad minimam sui dominii partem , tamen principalem , ut caput ; sicque non odiosum , & restringibile videretur , si pietatem , & charitatem Regiam non frangeret judicis extensio voluntaria , tamen cum in oblio quo operetur in cæteris locis , nulla debet esse remissio pœnæ rectæ in delicto loci ad exemplum qualificati.

QUÆSTIO VIII.

Quis sit connatus , & quando punibilis.

IN nostra Regia Pracmatica dicitur punibilis , & de facto punitur connatus eorum : *Que acometiendo para ejecutar el burto , no lograron el intento , ni la perfecta consumacion del delito , por algun accidente , o acaso , pena ververorum , & tritremorum : cum tamen animus , seu cogitatio , licet iniqua , sit omnino occulta , & sic tantum à Deo puni-*

bi-

bilis, tendens tamen ad effectum, nequit non ad extra demonstrari; hæcque demonstratio, vel sit verbo, vel sit facto. Verbo demonstratur, quando quis intentionem suam pandit, dicendo se velle hoc, vel illud crimen committere. Facto demonstratur, quando accedit quis in tota dispositione ad locum ubi, vi, vel mina delictum sollicitat. Ex quibus videtur, quod connatus sit: *Depravati animi externa declaratio, l. Sæculariū in princ. ff. de Extraordin. crim. l. Is qui cum telo, C. de Sicariis, l. 14. ff. ad l. Corn. de Sicar.* ibi: *In maleficiis voluntas exspectatur, non exitus.* In hoc autem quod sit voluntas, & formaliter voluntas, excluditur, qui voluntatem habere non potest civiliter, seu secundum naturam. In hocque sensu intelligitur, text. in l. Si quis non dicam rapere, C. de Episc. & Cler. ubi Doct. Bald. In tria tempora dividunt D.D. demonstrationem connatus: primo, *in principio processus ad actum:* secundo, *in medio processus ad actum:* tertio denique, *jam in facto.* Sed cum in nostra Regia Pracmatica, non de duplii, sed de ultimo tempore dicat, de ipso in con-

clusione tractabitur. Non enim absque gravi ratione, & fundamento de con-natu in primo, & secundo tempore men-tionem non fecit, cum in his adhuc sit locus pœnitentiaæ, adhucque nullum se-cutum sit damnum. Similiterque de con-natu verbis expresso, ex quo nihil dam-ni factum est, quia cum pius sit Prin-ceps, etiamsi connatus in secundo tem-pore à jure communi puniatur, in hoc temperamentum posuit; nam cum con-natus infacto esse, jam delicti particeps, sit: etsi delictum non fuerit cōsumatum, etiamsi à se independenter, tantum mi-tiori pœna punitur; connatus infieri, leviori debet puniri pœna, & tantum, videri meo, relinquitur arbitrio Judi-cis, ut extraordinaria, cum impunitus permanere non deceat, nec à jure al-lio communi permitatur.

O

O

CON-

CONCLUSIO.

*Connatus tantum in facto delicti de-
prehensus punitur in Regia
Pracmatica.*

HÆC conclusio probatur, ex l. Si-cut, §. Si voluntate, ff. Quibus mod. pign. vel hyp. sol. l. vulgaris , §. Qui furti, ff. de Furt. l. Si quis aliquid, §. Qui nondum, ff. de Pœnis, l. Si fugitivi, C. de Serv. fugit. l. 2. C. de Abolit. l. 1. §. Hæc verba, ff. Quod quis jur. l. Qui falsum , ff. de Falsis. Ratio-ne vero nititur conclusio ; quia si per delictum connatus punitur , in tanto, quantum delicti deficiat ad consumatio-nem , separatur connatus ; itaque cum delictum inceptum mitiori pœna , qua consumatum puniatur , rectè connatus puniri debet prout proximè , vel remo-tè de facto consumationem delicti in-tentavit : Sic d. l. 21. §. Qui furti faciendi causa conclave intravit ; nondum fur est , quamvis furandi causa intravit. Quid ergo? Qua actione tenebitur ? Utique injuriarum,

aut de vi acusabitur; ait Ulpianus. Ex quo patet, non solum connatus furandi jam ad factum reddactus, sed in actu proximo delicti, & tamen cum actio furti non detur quando res adhuc furata non est, nec furtum dici potest, nec de furto teneri, qui furtum non fecit, aut consumavit. Furti enim actio, non ex animo, non ex vi sola, sed ex vi, & detractione rei oritur. Absurdum enim esset accessorium puniri, & principale impunitum relinquere.

Argum. I. Sed in nostram conclusionem sic insurgit difficultas. In maleficiis voluntas expectatur, non effectus; sed connatus in se est voluntas ad delictum: ergo connatus, ut voluntas punitur in delicto, *text. expressus in l. 14. ff. ad lig. Corn. de Sicar. l. 1. §. 1. ff. eod. ibi: Quive hominis occidendi, furti vè faciendi causa cum telo ambulaverit, & in §. ibi; Praeterea teneatur qui hominis necandi causa venenum confecerit. Ex quibus, & similibus juribus manifeste deducitur, quod licet delictum non consumetur facto, aut effectus ex eo non resultet aliquis, tamen connatus, seu voluntas, determinata ad actum,*

tum , punitur ut si effectiva fuisset; ergo male asserimus in nostra conclusione, quod ad effectum puniendi voluntatem determinatam , seu connatum , requiritur consumatio delicti , vel adminus factum in facto delicti , quando solum per extrinsecam determinationem , voluntas , quæ jam in connatu est versa , punitur , absque dependentia ab effectu furti , seu maleficii.

Ad argumentum respondeo consti-
tuens differentiam inter jus commune,
& statutum , seu Regiam Pracmaticam;
cum connatus in nostra materia , non
habeatur pro consumato , etiamsi in
atrocissimis perveniret ad actum facti,
in poenis statuti ; cum verba statuti ad
poenam capitalem , determinent super
rem perfectam , ideoque requiritur fac-
tum consumatum , prout statuto descri-
bitur , cum dicit , aver robado à otro ; quia
verba præteriti perfecti requirunt rem
consumatam , l. 1. §. Hæc autem verba,
ff. Quod quisque jure , ibi : Hæc autem ver-
ba , quod statuerit , qui jurisdictioni præest:
cum effectu accipimus , non verbo tenuis : &
ideo , si cum vellet statuere , prohibitus sit,
nec

nec effectum decretum habuit: cessat edictum. Nam, statuit, verbum, rem perfectam significat, & consumatam injuriam, non cæptam. Et ideo, si inter eos quis dixerit jus, inter quos jurisdictionem non habuit, quoniam pro nullo hoc habetur, nec est ulla sententia, cessare edictum putamus. Quid enim obfuit connatus, cum injuria nullum habuerit effectum? Sic Ulpian.

Argum. 2.

Sed instabis: connatus in actu proximo facti criminis, eadem poena punitur, ac si factum consumatum fuisset: ergo, minus rectè differentiam constitui-
mus inter inchoatum, seu infieri fac-
tum, & factum consumatum: probat.
anteced. ex l. 7. C. ad l. Corn. de Sicar, &
l. 1. §. Divus, ff. eod. & l. Siquis non di-
cam, C. de Episc. & Cleri. Ex quibus, &
similibus, literaliter appetet, quod qui
animo occidendi, scilicet, voluntate, &
connatu, cum telo ambulaverit, eadem
poena, ac si homicidium factum, & con-
sumatum fuisset, punitur. In his enim,
nec atenduntur verba præteriti perfecti,
nec consumationem, seu effectum ma-
leficii expectat legis dispositio, sed tan-
tum connatum, seu voluntatem deter-

mi-

minatam, ut æquali pœna, ac si perfec-
tè commisum fuisset delictum, punia-
tur.

Huic difficultati dico: Verum esse, in his legibus, quod ille qui venit ad proximum actum, in atrocioribus, punitur pro consumato, sed intelligi debet quod puniatur, non pœna eadem consumati delicti, sed alia his legibus determinata; nam licet æqualis aliquando pœna appareat, non tamen ex eodem principio imponitur. Hæ quidem leges in factum voluntatis etiam insur-
gunt, & leges humanæ requirunt fac-
tum perfectum cum voluntate; ut vide-
re est ind. Cap. Ad audientiam, & cap. Si-
quis suadente, 16. q. 4. Ubi qui vibravit baculum ad percutiendum Clericum, ta-
men non percusit, non incurrit in ejus pœnam, cum hæc sit facto ad scripta.
Cap. Siquis pulsatus de Pœnit. dist. 1. ubi glof. & tamen hæc est pœna interna, seu spiritualis: ergo, à fortiori cænatus in pœnis externis, & corporalibus, non eadem pœna, ac delictum consumatum, puniri debet: nec æquali principio, licet per eum non steterit quominus delic-

Solutio.

tum

tum consumaretur , cum ab hac consumatione , quæ est perfectio delicti , seu forma substantialis , dicatur crimen ; quia integritas speciei , est ratio , qua quid tale dicitur , l. 80. §. Quædam , ad l. Falcid. l. 14. de Stat. hominum , l. 9. §. Si quis , ff. ad exhib. l. 3. C. de Posth. hær. inst. cap. Si quis objecerit , l. q. 1. cap. Moyses , 32. q. 1.

Ex omnibus colligitur , quod Regia nostra Præmatica inspiciens naturam connatus , tantum illum , qui in actu proximo facti delictorum ad fuit , punit , non æquali pœna , ut delictum , siquidem nullum , vel imperfectum , sed equa- litate imperfectionis delicti . Hæc autem est adæquata justitia , ut adæquatur pœna delicto . Fateor enim quod intrinca- tum , & valde subtile , ac periculosum est , certam regulam de connatu statue- re , quæ variis non sit contaminata re- plicis vigorosis , sed protenui mea intel- ligentia , veritate , & qua potui cer- titudine , hæc de connatu

dixi.

QUÆS.

QUÆSTIO IX.

*Utrum delictum , seu furtum in-
cæptum in loco Præmaticæ , &
consumatum extra , vel è contra ,
pœna Præmaticæ puniatur ,
vel non?*

LIET in alio loco dixerim , quod Regia Præmatica , respective pia , tamen ut pœnalis odiosa , & restringibilis sit , quod iterum assero ; cum accidere possit quæstionis factum ; mihi visum fuit eam in lucem proponere , tenuoque judicio meo , explicare sententiam magis consonam menti ipsius Regiae Præmaticæ . Regium decretum in assignatione loci , ad quem extenditur , differt eum à cæteris locis ; itaque continuus extra lineam quinque leucarum , ita non contentus est ad in eo facti furti punitionem per Regiam Præmaticam , ac locus quinquaginta leucarum distans ; verum quia latronum malicia , vel occasio possit facere , ut in altero ex

his locis incipiat delictum , & id prosequendo , illud consumere in contrario loco , merito in præsenti quæstionem proponemus , ut sequentem in ordine. Primo difficultatem movet , text, in l. Si quis in servitute , 7. ff. de Furt. in quo Ulpianus sic : *Siquis in servitute furtum fecerit , & manumisus deprehendatur: an fur manifestus sit videamus.* Et ait Pomponius lib. 19. ex Sabino , non posse eum manifesti conveniri ; quia origo furti in servitute facti , non fuit manifesti. Ibidem Pomponius eleganter scripsit , deprehensione fieri manifestum furem. Cæterum , si cum tibi furtum facerem de domo tua , abscondisti te , ne te occidam : etiam si vidiisti furtum fieri , ac tamen non est manifestum. Sed Celsus deprehensioni hoc etiam adjicit : Si cum vidises eum subripientem , & ad comprehendum eum accurrises , abjecto furto effugit , furem manifestum esse , parvique reserre putat , dominus , an vicinus , an quilibet transiens ad præbendat.

Ex præsenti textu , difficultas quæstionis inspicitur inter Jurisconsultos ; nam æqualiter origo , & finis , seu effectus inspiciebatur ab eis , ut furtum manifes-

festum , seu non manifestum dicatur; quæ quidem extrema , sunt in nostro casu ad utramque decisionem , si originem , vel effectum inspiciamus ; sed quia contrariorum eadem est ratio , intertum ab alio meliora dicuntur , sic conclusio .

CONCLUSIO.

Delictum perfectum , seu consumatum punitur à Regia Pracmatica.

CUM delictum sit indivisum , nec sit delictum furti , si furtum non est factum , hocque non in principio , seu origine verificari possit , non potest statutum , nec poena intelligi de eo quod non est , cum prius sit esse , quam esse punibile , cum vero sit in origine , seu infieri adhuc non est. Sic enim regium statutum consumationem delicti desiderat , per verba præteri perfecti , ibi : *Aver robado à otro ;* quod non potest verificari absque effectu , dum tamen hic verifi-

catur, vel est extra lineam, vel intra terminos statuti signatos, & sic imponitur pœna, vel statuti, vel juris communis; unum quodque in suo loco. Ad nostræ conclusionis intelligētiā multum convenit naturam statuti inspicere, ut ex ea nostram decisionem adstruamus. Cum natura ejus sit pœnalis, & pœna sit im-

L. 13. §. Cum posita delicto, non facto, licet delictum autem factū, cum facto concreetur, tamen ex toto, ff. de His qui not.inf. Quan-
do lex punit factum, non cu ratur de juris effectu.

aut integro facto resultat delictum fur-
ti (de quo disceptamus) indivisibile. Hoc colligitur ex distinctione, traddita ab
statuto, facti, in ordine ad furtum, cum
distincta pœna ejus. Certus ergo Prin-
ceps, quod factum in se divisionem re-
cipit, ad ejus respectum divisit pœnam,
si vero non delicto, sed facto principa-
lem pœnam assignaverit, divisionem
facti immittiori pœna non ipse divisisset.
Ex quibus clare resultat, tam ex inten-
tione statuentis, quam ex distinctione
facti, & pœnæ ab statuto expressa, natu-
ram statuti esse, seu versare in delictum:
consequenterque locus, in quo consu-
matum est delictum, inspici debet ad
applicationem pœnæ statuti, vel juris com-
munis.

Nos-

Nostra autem conclusio, probatur I.
 ex decis. text. in l. Contraxisse, ff. de Act.
 & oblig. ibi: *Contraxisse unusquisque, in
 eo loco intelligitur in quo, ut solveret, se
 obligavit.* Ex quo sic ab argumento in-
 fertur. In hoc textu, cum contractus
 obligationis dirigatur ad solutionem, ad
 quam est principium, seu fundamen-
 tum, non in loco contractus, utpotè
 principium, sed in loco solutionis, ut-
 potè effectus, intelligitur. Etiam ad hoc
 facit, quod cum statutum tantum tri-
 buat imperium Judicibus in Curia, &
 quinque in ejus circuitus leucas existen-
 tibus, hi non possunt cognoscere de
 perfectione, seu consumatione furti, si-
 quidem intra suam jurisdictionem non
 perfecti, vel è contra, possunt; alias se-
 quaretur, quod Judex territorii extra
 lineam statuti in quo fur perfecit fac-
 tum, in loco statuti ceptum, possit pu-
 nire, etiam pena statuti furem; contra
 manifestam expressionem ipsius statuti,
 factam in favorem Judicium loci, & ne-
 gationem cæterorum, quod admitti non
 debet.

Secundo probatur nostra conclusio,

ex

ex l. 69. §. Infans, ff. de Furt. ubi infans furatus, in adolescentem transit, & tenetur fur de adolescente, & ex illis verbis: Et quid tam ridiculum est, quam meliorem furis conditionem esse, propter continuationem furti, existimare. Ex quo sicut nondum furti actione tenetur fur, quo usque furtum consumavit: ergo ab effectu, seu consumatione facti, oritur conditio mala furis; & licet hoc videatur in ejus favorem, quando initium habuit intra terminos statuti, & consumationem ad extra, hoc, ut salvetur regula, distinguendum venit. Primo: vel consumatio delicti fuit voluntatia, & malitiola furis extra lineam statuti, & tunc

L. Pompon. 15. ff. de Ne- pena ipsius tenetur, quia per eum stetit, got. gestis. ut consumatio delicti suspenderetur, in Bald. in 1. Si odiuni statuti, & meliorem suam conquis non di- ditionem: v. gr. Si fur aliquem intra ter- cam, C. de minos statuti apprehendisset, & ligatis Episc. & Cler. n. 10. in fin. manibus, & pedibus extra deportasset; & dat. tx. in cum malitia propria non proficit, quis l. 1. §. Idem non furtum perfectum, & consumatum Jul. ff. de vi, dicet? Quando fur non solum res, & pec- & vi, l. in fun- do, ff. de rei vind. cumas, sed etiam hominem, & equum integrum furatus est? Quænam adest dif-

differentia, an res portet secum, & in vrsa, an in alio sibi subjecto?

Secundo: vel consumatio delicti fuit impedita casu, vi, aut facto, scilicet quia aufugit qui erat depredandus, vel quia in sua defensione lineam ad extra transiit, & tunc non punitur pena statuti, cum per eum non stetit quominus consumaretur delictum, nec fuit in malitia nisi haec probetur: *l. Quod ait lex §. fin. ff. ad l. Jul. de Adult.* E contrario vero, in primo casu, etiam punitur pena statuti, tam ex consumptione delicti intra suam lineam, quam ex voluntaria incurssione in ejus territorio. Idem dicendum venit in secundo casu, quia licet impedita sit consumatio extra territorium per factum, aut vim, potuit fur à linea recedere, vel penitere, & per ipsum stetit quominus perficeretur furtum, cum ad furandum nemo impellatur.

Sed contra secundum casum scilicet, Argum. i. quando per vim, vel casum consumatio delicti fuit dilatata extra territorium statuti; sic insurgit difficultas: *ex l. Si Julianus, §. penult. ¶. Sed si ab initio, juncta, d. l. Qui cum telo, cum vulgatis.* In quibus

omnibus initium delicti , ut potè in eo jam perfectus animus sistens, attenditur, ut perfectum dicatur delictum , licet postea consumetur ; cum hoc extremum materiale perfectionis, veniat , ut minus principale ad fundamentum, seu principale extremum à quo , & in quo jam (ut dixi) perfectus est animus delinquen-
tis. Quod augetur ; nam cum latro , vel fur intra territorium statuti decreverit furtum facere , ipsofacto in statuti pénam incurrit ; at cum per eum non stetit quominus delictum ibi consumaretur , & per eum in quantum potuit in statutum , hujusque terminos fecit : ergo , pena statuti puniri debet : ad hoc

Bald. facit : quod ait Bald. in *l. Abducta, C. de Furtis* : quod fur , vel latro exportando rem in alienam jurisdictionem , videtur prorrogare jurisdictionem de loco ad locum.

Solutio. Ad difficultatem dico : Quod cum in Regia Pracmatica divisus sit animus, seu connatus ad pénam , ab animo , & facto consumato furti , licet per latronem non steterit quominus intra terminos statuti delictum consumaretur , tan-
tum

tum ab statuto cum mitiori ejus pœna puniretur , verum quia factum consummavit , & consummatum , in conceptu juris, sit indivisibile , hæcque consummatio acciderit , vel evenerit extra territorium statuti , seu in distincta jurisdictione , ab hac , pœna juris communis puniri debet . Notandum namque est , quod usque ad consummationem facti liberum est in fure pœnitere , liberarique se sic à pœna principali ; post perfectum , & consummatum delictum , non utique potest pœnitere , ut liberetur à principali pœna ; ob quod terminus , seu extremum illud perfectio-
nis facti , ut objectum , ad quod animus , & initium facti tendebant , trahit ad se totum compositum , non vero è contra.

Voluntas per se sola non punitur , inclinata per actum externum punitur , sed cum consecuta fuerit malefitum , seu factum integrum , jam quiescit in objectum ad quod mota fuit , & tunc voluntas cum objecto principaliter punitur . Hoc totum reperitur in l. 20. C. de Furt. Aliter , & secundo . Verba statu-

L. pen. ff. si ex
Noxal. caus.
agat. l. impu-
berem, §. 1. ff.
ad l. Cornel.
de Fals. l. &
ejusdem , §.
sed si Sena-
tus , ff. ad. l.
Corn. de Si-
car. l. Omnis
hæreditas , §.
Numquam,
ff. de Regul.

Jur.
L. Furtim , §.
& si, ff. Arbo-
ris f. Cæssari.

N ti,

ti , strictissimè ipsa se explicant , imponendo pœnam consummato delicto intra territorium facto , itaque nec est interpretandum , nec extendendum de tempore ad tempus , de causa ad causam , nec de loco ad locum . l. Si vero , § . de Viro , ff. Sol. Matrim. Bal. in l. cuntos populos , C. de Sum. Trinit. ad similitudinem jurisdictionis delegatæ.

Huc usque dicta mihi vera visa sunt , tamen ex eis non debet delinquendi occasio summi , cum hæc non solum sit causa efficiens tot legum , & statutorum sed semper venit cohæcenda . l. 2. C. de Indict. Viduit. & dict. l. Siquis servos 20. C. de Furt. l. in fundo , ff. de Rei Vind. Attentaque iteratione furtorum in omni loco , non damni esset , ut ad omnes terminos , & Provincias extenderetur , ut erradicaretur tandem hoc vitium .



QUÆSTIO X.

Utrum extraneus delinquens in territorio statuti, hujus pœna sit puniendus.

FAcultas hominis in agendo, & est naturalis, & libera, nisi lege sit prohibita. Scire autem debemus prohibitionem, ut in legis pœnam incidamus; ob quod licet furtum legibus sit prohibitum, ut statuti pœna imponeretur, assueta solemnitate publice decantata, seu præconizata fuit Regia Pracmatica, ut ab omnibus sciatur, à nemineque ignoretur. Cum vero hæc ignorantia in Civibus, vicinisque loci territorii, & subditis ut affectata, in exceptionem non admitatur in juditio; in forensibus vero, seu extraneis, quibus nec præconizata fuit, si quidem posteà venientibus, vel quia statim, ac in terminos territorii statuti intraverunt furtum fecerunt, videtur admitenda, non ut affectata, seu crasa, sed ut juris. Sed ad nostræ

quaestionis intelligentiam aliqua supponenda veniunt.

Primo supponendum est , aliqua esse prohibita , ut in nostra materia , etiam jure communi , & tantum per statutum esse ejus pœnam auctam: ut in nostro casu , & quaestione. 2. Supponendum venit : Quod mora facta à forense in territorio statuti, inspicitur, an sit sufficiens, ut in ejus notitiam pervenerit. 3. Quod statutum non continet prohibitionem in augmento pœnae generalem in toto Regno , sed specialem in distritu Regiae Curiæ. His suppositis sit conclusio.

CONCLUSIO.

*Forenses , seu extranei tenentur
pœna Regii statuti.*

HÆC conclusio probatur 1. ratio ne: Omnes qui sciunt , vel scire debent se delinquere , certi esse debent de pœna, unde licet errant in genere pœnae , & credant levius esse delictum, non propterea excusantur. L. *Leges Sacratissimæ , quæ constringunt hominum vias , in tel-*

telligi ab omnibus debent. C. de Legib. Eo ipso quod delinquent, implicitè in pœnam consentiunt. L. venia, C. de in jus Voc. ibi: Nec in ea re rusticitati venia præveatur, cum naturali ratione honor hujusmodi personis debeatur. Furtum enim prohibitum est jure naturæ, & in omni terra, Regno, & Provincia, sicque cum nullus forensis dubitare recte possit delictum committere, & cum solum in pœnam, ut graviorem possit supina ignorantia versari, hæc sibi non prodest. l. final, §. licet, ff. de Pub. l. 3. ff. de Oficio Præsidis: ibi: Nam & in mandatis Principum est, ut curet is, qui Provintie præest, malis hominibus Provintiam purgare: Nec distinguitur unde sint. Itaque nec nos distinguere debemus. l. Imperator, ff. de Postul.

Secundo appetè probatur ex auth. Qua in Provintia, l. 2. C. Ubi de Criminagi opport. ibi: Qua in Provincia quis deliquit, aut in qua peccuniarum, aut criminum reus sit, sive de terra, sive de terminis, sive de possessione, sive de proprietate, sive de hypotheca, aut de qualibet alia occasione, vel de qualibet refuerit reus: illic etiam juri

Sub-

subjaceat. Quod jus perpetuum est. Cum autem crimen committatur in territorio statuti, jure, & pœna statuti puniri debet. l. Pupillus 239. §. Territorium, ff. de V. S. ibi: Territorium est universitas agrorum intra fines cuiusque Civitatis, quod ab eo dictum quiddam ajunt, quod Magistratus ejus loci intra eos fines terrendi, id est, summovendi jus habet. Opponitur dictis, & conclusioni, tx. in l. fn. ff. de Jurisd. omn. jud. ibi: *Extra territorium jus dicenti, impune non paritur: idem est si supra jurisdictionem suam, vellit judicere. Jurisdictionis enim est quædam qualitas inhærens rei. l. 1. §. cum urbem, ff. de Offic. Prefect. Urb. ibi: Cum urbem nostram fidei tuæ commiserimus. Quidquid igitur intra urbem admittitur ad Prefectum urbi videtur pertinere. Hoc affirmat Innoc. in cap. cum Ecclesiarum, de Officio Ordin. n. 3. Ex quibus sic: Jurisdictionis in est territorio, & personis in eo contentis: sed forenses nec sunt territorii, nec huic jurisdictioni subjecti: ergo jurisdictionis, sive ordinaria consideretur, sive delegata circa statuti pœnam exercendam, ut inhærens territorio, non compræhendit sub*

sc

se forenses: min. licet sit vera in se, tam
men accipit distinctionem, in negotio
civilis, sine expeciali summissione, con-
ceditur, min. in facto, & delicto negat.
min. sed probatur: delictum furti ex par-
te delinquentis, & ut imponatur pena,
est personalissimum, sed persona, & ra-
tione personalitatis, forensis est haud
comprehensus in hac jurisdictione: er-
go nec per delictum, forensis subditus
est jurisdictioni, & penae statuti.

Ad argumentum respondeo: Non est
verum absolute quod jurisdictionis sit qua-
litas inhærens rei, hoc enim intelligitur
secundario, cum primario jurisdictionis in-
hæreat personis, ut ait Bald. in 1. in prin-
cipio, ff. de Offic. Praef. Vigil. Sic enim,
quod dicitur activè in personas, passivè
dicitur in rebus. Alex. lib. 4. Consil. 35.
num. 3. Fieri enim potest, ut quis habeat
jurisdictionem, & non territorium cui
præhesit. L. 1. de Judic. l. rem non nobam,
C. Eod. l. ultim. C. Ubi, & apud quem. ref-
tit. Exemplum habemus in Auth. Habi-
ta. C. Nè filius pro patre, & ex Barth. in l.
ambitiosa de Decret. ab ordin. fac. n. 36. &
in Rectore Scholarum. Decius, in l. 1. ff. de

Solutio,

Jur.

Jur. Omn. Judic. n. 15. Ex quo , cum persona forensis delinquit , subiicitur jurisdictioni ejus, qui de delicto cognoscere potest ; & licet sit personalissimum, cum primario persona subiiciatur jurisdictioni, recte ab hac judicari , puniri que debet. *Judæi* namque qui in omnibus sunt forenses , & extranei impuniti remanerent in delictis , contra l. 7. C. de *Judeis* , per quam in omni loco per ordinariam jurisdictionem puniri , possunt , & recte puniuntur ; utinam usque ad consumptionem deprabatæ Sectæ suæ?

QUÆSTIO XI.

*De auxilio præstito ad furtum , &
de ejus pœna in statuto.*

Paulus, lib. 9. ad Sabinum. **P**AULUS in l. 34. ff. de Furt. sic de auxilio ait : *Is qui opem furtum facienti fert , numquam manifestus est ; itaque accidit , ut is quidem , qui opem tullit , furti nec manifesti , is autem qui depræhensus est , ob eandem rem , manifesti teneatur. Opem fert , qui ministerium , atque adjutorium ad*

Sub-

subripiendas res præbet. ait Ulp. in l. in fur-
ti actione. § 1. §. Opem. ff. Eod. Nostra Re-
gia Pracmatica , ibi: *Que todas las perso-
nas que dieren auxilio cooperativo : : sean
condenados en la misma pena : : como compli-
ces , y perpetradores de su enormidad. Mul-
tis enim modis præstatur auxilium ad de-
lictum , scilicet : Corpore , peccunia cla-
moribus , persuasione , consilio , mandato , &
l. 1. §. Tullisse , ff. ad Sylan. d.l. is qui opem ,
ff. de Furt. Ad nostræ quæstionis intelli-
gentiam , & connexionem cum Regiæ
Pracmaticæ verbis , licet bene , & juridi-
ce à Nerio in §. 6. suæillustrationis , sit
expræssum , aliqua notare decrevi in dif-
ferentiam causarum.*

Primo : Quod quilibet potest agere D. Thomæ
per se independenter ab alio , propria Doctrina.
virtute activa : vel agere per motum su-
perioris agentis , & non est virtus pro-
priè activa. Virtus enim activa in agen-
te naturaliter semper est libera, vi autem
contraria impelli potest in factum. V. g.
Habeo ensem in manu ad pacificandum,
unus de Rixa ponit ensem in latus meum
cum ictu , & dicit, si adversarium meum,
quem ad frontem habes, non occidis, oc-

cido te: licet tunc occidam illum , per mandatum , non libera fuit mihi a&ctio, cum ali&as efugere non possim vitam meam, nec teneor de homicidio , si quidem in voluntario , & casuali , cum illa voluntas , qu&e apparuit in actione occidendi , non sit voluntas mea formaliter, sed potius noluntas , sed ejus qui mandabit , cui per necessitatem obedire tenebar , cuique principaliter homicidium tribuitur.

Aliud potest esse mandatum , (sub quo generaliter comprehenditur , vel intelligi potest , quod peccunia , clamore , persuasione , consilio , & similibus) quod libertatem , seu virtutem activam agentis non tollit , sed impellit . V. g. Qui peccunia , consilio , amicitia , vel simili modo aliquam ad delinquendum invitat , non vero necessitat , vel astringet liberam facultatem agentis activam: tuncque uterque de delicto tenetur æqualiter , eadem pœna , & ex eodem delicto ; sed non ex eodem principio , aut accione : nam in mandante consideratur animus delinquendi , ut principium culpæ ; & peccuniæ datio , persuasio,

sio, & consilium, ut actio, quæ concludit, quantum est in mandante, delictum; in mandatario vero consensus in consilio, in acceptione peccuniae, vel in persuasione, habetur, ut principium delicti, & executio hujus, ut consummatio. Ex his clare constat: quod actio, quæ est consummatio delicti in mandante, est principium delicti in mandatario, tamen cum totum hoc, ex omni parte, tendat ad unum ultimum finem, seu objectum, in actione facti activa, unusquisque tendit ad illud consequendum quantum in se est, itaque ut complices, & delinquentes, unum numeroque delictum effectivè committentes, æquali poena puniuntur.

Licet in nostra Regia Pracmatica dicitur de auxilio cooperativo, & recte, ut Nerius, sit quando simul operatur, tuncque confundatur auxilium cum complicitate, aut societate: V. g. Si quis ut Petrus furtum patiatur, equum Petri teneat, ne fugiat, vel arma ejus abripiat ne defendatur, vel è consulto positus in itinere, Petrum dirigat per locum ubi erant latrones; totum hoc, &

simile, quis non videt, & judicet non auxilium cooperativum tantum, sed societatem, & complicitatem esse? Considerentur actiones externæ auxiliantis hoc modo, & simili alio, & manifestæ apparebunt tollentes libertatem, & actionem activam defensionis in Petro, quin alia resultet latronibus, nisi securitas deprædandi; sicque omnes actiones auxiliantis, & furantis concurrent effectivè, & simul in delicto; auxiliantis, in exemplis propositis, ut principales, & furantis, licet etiam principales, ut effectivæ, tamen secundæ: ergo non de hoc auxilio nostra Regia Præmatica, sed de auxilio ex consilio, peccunia, & similibus provenienti loquitur; quod licet sit distans, tamen cooperatur, ut causa in actione, & facto delicti.

Hoc intelligere vellim ad naturam auxilii cooperativi, distinctam ab eo, quod identificatur cum speciali actione facti, qua consummitur delictum, hoc est, ut auxilium cooperativum terminetur in principio, ex quo incipiat actio facti consummantis delictum, ut dixi. Nam licet sit diversa numero, specie tamen

men est eadem , & conjungitur cum sequenti in ordine ad objectum , scilicet delictum. Hoc colligitur ex litera , & verbis Ulpiani in l. 1. §. 35. ff. *Ad Sylanian.* ibi: *Tullisse autem auxilium non tantum is videtur , qui servavit dominum , hoc est , qui potuit ita opem ferre , ut salvus esset dominus : verum is quoque , qui quidquid potuit fecit , tamen si dominus imperfectus est : veluti si quis clamavit , ut ad auxilium conveniretur : aut terruit adgressores , atque si quis turbam convocabat : aut si corpus suum objecit , vel alias corpore suo auxilium tullit.* In quo à contrario sensu describuntur modi quibus , ut de auxilio pretito , excusantur servi à Senatu Consilicet domini mors intercesserit. Stat ergo rectè quod natura auxillii cooperativi terminari possit in actione numericè distincta , tamen ejusdem speciei cum agente , & simul concurrens in ordine ad objectum ; in qua concurrentia simul operatur , & ideo cooperativa dicitur.

Etiam Ulp. in l. 1. per totam , signanter , §. persuadere , ff. de Servo corrupt. Explicat vim persuasionis strictam: ibi:

ibi : Persuadere autem est plusquam compelli , atque cogi sibi parere. Et quod plus est : ibi: *Inimo*, & si erat servus omnimodo fugiturus , vel furtum facturus, hic vero laudator hujus propositi extitit , teneatur. Non enim oportet laudando augeri malitiam. Quibus verbis apperte colligitur pluralitas in auxilio.

Notandum est etiam , quod ad hoc ut teneatur qui persuaderet , mandat , & quoquo modo auxiliat, duo requiruntur conjuntim , scilicet dolus , & delictum. Ita pro regula habetur in l. 53. de V. S. ibi : Item dubitatum illa verba : Ope consilio , quemadmodum accipienda sunt, sententiæ conjungentium , aut separantium? Sed verbis est (quod , & Labeo ait) separatim accipienda : quia aliud factum est ejus , qui ope , aliud ejus qui consilio furtum facit , sic enim alii condici potest , alii non potest : Et sane post veterum auctoritatem eo per ventum est , ut nemo ope videatur fecisse , nisi , & consilium malignum habuerit : Nec consilium malignum habuisse noceat , nisi , & factum fecutum fuerit. Hæc conjunctio explicata à J. C. non est à natura , si quidem inter

se distinctum consilium , & opus , sed ad pœnam ; ratio est , quia cum ex toto perfecto , scilicet , ex consilio , & ope nascatur , delictum , intelligendum est , quod in delicto per consilium , auxilium , & mandatum , conjunctim concurrunt in conceptu juris , ut puniantur . Sicque explicata nostra auxilii , ejusque differentia , sit conclusio .

CONCLUSIO.

Axilium prestitum peccunia , consilio , mandato , persuasione , & simili modo , si effectum habuit , punitur æquali pœna à Regia Pracmatica .

Satis ex juribus supra allatis probata resultat hæc nostra conclusio , sed ut argumentis clarius demonstretur , sit primum . Æqualis pœna imponi debet æqualiter delinquentibus ; sed qui peccunia , consilio , vel mandato ad furtum faciendum , concurrit , non æqualiter delinquit , ac qui vere furtum

Argumen-
tum 1.

tum committit: ergo non debet æqualis pœna mandanti, ac facienti imponi: min. in qua est difficultas probatur: Qui consilium, vel peccuniam dat, vel mandat; non consummit delictum; sed inter inchoantem, & consummantem delictum distincta est, & in æqualis pœna: ergo qui consilio, peccunia, vel mandato delinquit, distincta pœna, ac qui consummavit puniri debet. Probatur major. Dans consilium, peccuniam, vel mandatum terminat actionem ex se in principio, seu inchoatione delicti: sed actio, quæ terminatur, & non transit de delicti innitio, non est ita efficax ut quæ delictum consummavit: ergo dans consilium, distincte agit à consummante, & distincta pœna puniri debet. Probatur maj. Si accepta peccunia, consilio, vel mandato, mandatarius ultra non processerit, furtum non fieret: ergo, quia ex datione consilii, peccuniæ, vel mandati furti delictum non consummatur: inter has actiones versat in æqualitas, & ita puniri debent.

Solutio.

Ad argumentum respondeo: Inspecta

ta extrinseca natura dationis pecuniax,
consilii, vel mandati, verum est, quod
hæc terminatur, & non transgreditur
de initio, aut inchoatione delicti; sed
ejus virtus intrinseca tendit, & progre-
ditur usque in consummationem delicti,
hoc est, in facto consummato delicti in-
venitur actio mandatarii, & animus
mandantis, cumque actio externa nos-
tra dominata sit ab animo, & volunta-
te, animus mandantis reperitur intrin-
secè in consummatione delicti, ut causa
principalis, & actio mandatarii, licet
effectus hujus causæ, tamen, ut secunda
in ordine ad consummationem, seu ob-
jectum. Non ex hoc sequitur, quod
cum una voluntas, vel unus animus
sufficiens sit cum facto, seu actione ex-
trinseca ad perfectum delictum, volun-
tas, seu animus mandatarii, ut secunda,
prout dicimus, sit in æqualis, & sic dis-
tincta à voluntate mandantis; quia vo-
luntas hæc mandatarii conjuncta, seu
identificata fuit cum voluntate mandan-
tis in ordine ad delictum, siveque volun-
tas mandantis est prior tempore, natu-
ra, & prioritate intelligentiæ voluntate

mandatarii, & in ordine ad effectum, seu objectum secunda. Ex quibus apparet, quod mandans, dans pecuniam, & consilium licet terminet actionem externam in inchoactione delicti, animus, & voluntas progreditur in consumacionem facti, & delicti.

Argum. 2. Secundo contra nostram conclusio-
nem sic. Ex unico delicto ab uno facto
non datur duplex pœna; sed si mandans,
dans pecuniam, vel consilium tenetur,
& punitur ex illo facto, ex eodem du-
plex intelligeretur pœna: ergo. Proba-
tur maj. ex facto alieno, ex quo tantum
resultat delictum, non potest quis te-
neri; sed si mandans teneretur, esset ex
facto alieno: ergo. Probatur min. Con-
silium, mandatum, & datio pecuniæ
terminantur in casu, ex quo non oritur
actio furti, sine facto alieno: ergo, non
ex vi consilii, vel mandati, sed ex facto
alieno tenebitur. Prob. anteced. Posito
consilio, vel mandato, si factum, seu
crimen à mandatario non consummare-
tur, actio furti, nec nasceretur, nec
ejus pœna imponeretur: ergo, ex alieno
facto, mandanti pœna imponitur.

Di-

Diximus, & iterum asserimus, quod esse delicti consistit in consummatione, perl. 1. §. fin. ff. Quod quisque jur. l. fin. ff. de Crimin. expilat. hær. l. Inter omnes, §. rectè, ff. de Furt.

Ad hanc difficultatem dico : Quod Solutio: quando mandatum transit in effectum, tunc mandanti attribuitur ratione mandati, & mandatario tanquam immedia-
tæ causæ, cum ex parte finis unum sit tantum delictum ; nam regula est, quod quando idem resultat delictum in man-
dante, & mandatario ; quia mandatum transit in nomen illius delicti , ita quod mandator denominatur talis , quale est delictum, quod mandatur : tunc man-
dantis , & mandatarii est idem delictum numero ex parte finis : atque etiam ejus-
dem generis , speciei , & qualitatis ; sic-
que eadem lege, & pœna punitur : tria enim veniunt consideranda in delicto:
primum, esse: secundum, nomen: tertium,
qualitas. Esse delicti stat in consummatio-
ne. Nomen , in transito facti in deli-
ctum. Qualitas vero est duplex , una in-
hærens ipsi delinquenti, alia circunstan-
tiis , vel concomitantibus ipsius delicti.

Qualitas inhærens delinquenti etiam potest esse duplex, una ab animo, culpa, & dolo; alia quia ipse delinquens est jure qualificatus, *ut l. moris, §. istæ, ff. de Pæn.* Istæque qualitates dicuntur intrinsecæ. Quæ inhærent circumstantiis, sunt tempus, locus, quæ etsi ex se non sint qualitates, tamen, si à jure ita est diffinitum (ut in Regia Præmatica) quantum ad delictum, qualitatem important.

Cum in præsenti magis de dolo desideretur, ut quia in mandante, notare debemus, quod dolus est qualitas, quando eo amoto, adhuc est delictum, sed non ita atrox; ut homicidium, quando improvism est, quia aliqua culpa præcedit, ad differentiam fortuiti homicidii, in quo non præcessit causa dependens ab eo cui imputatur, ut ait Bald. *in l. 1. C. ad leg. Corn. de Sicar. in fin.* Sed quando dolo amoto, non remanet delictum, ut in furto, tunc dolus non qualitatem, sed substantiam importat, *l. Inter omnes, §. rectè, l. Si is qui, §. Titium, ff. de Furt.* Ex quibus facilis resultat solutio argumenti; nam si plures eandem rem furantur, unum licet sit furtum,

omnes tamen tenentur, l. Ita Vulneratus
in fin. ff. ad leg. Aquil.

Pro complemento solutionis, & quæsti-
onis, attendenda est in præsenti dispo-
sitio Regii statuti, quod eadem pœna
punire jubet cooperativum auxilium
dantem, ac delictum consummantem;
cumque sit expressum, non est dubium,
quod ejus forma observari debet: l. Con-
stitutionibus, ff. Ad municip. Solum adver-
tas: quod qualitas extrinseca superve-
niens delicto, ut potè manifesti, vel quia
de nocte, ut accidens, cum in statuto
non sit expressum, recurrere debemus
ad jus commune, cum tamen in statuto
disponatur de fieri faciente, ex omni-
bus circunstantiis, & qualitatibus tene-
tur, alias non eadem pœna. Hoc solum
limita in qualitate personali mandantis,
& mandatarii, ut si mandans sit minor
17. annis, si nobilis: nam in primo, non
eadem, in secundo, modo diverso
pœna imponenda venit.

QUÆS-

QUÆSTIO XII.

De tumultu factō ab operariis fabricæ Regii Palatii, & aliquorum imposta pœna.

Casus. **C**UM in hujus operis initio essem, facta est dissensio gravis inter operarios fabricæ Regii Palatii, tumultuarièque per plateam vociferantes, pallium in alto portabant, & deprehensi sunt à suprema criminum aula, repenteque tres illorum ververati sunt. Et licet (ut in omnibus) vulgus oppinet, tamen non solum ratione inniti tumultus, sed habita loci debita consideratione, scilicet fabricæ Regii Palatii, rectè, meo videri, ververati sunt, licet ut plebs dicit, sit ob dimidium unus diei salarium retentum, quod petebant. Consideratio, & intellectus sistant in hoc: licet libenter hoc, & quod injuste erat retentum, liberè fateatur, non quod mihi debetur, injuriando petere possum! Minusque tumultuarie, & in po-

pu-

pulum scandalum committendo , & cæteris impediendo, ut laborarent in regali fabrica , ut fecerunt. Hoc verè delictum est, & delictum statim punibile, ne daretur occasio cæteris , ut ex tumultu jam cæpto multa sequerentur damna, sæpè pejora.

Si verò dicatur, quod arma non portabant , ut timeretur eventus , & sic excluditur in majori, vel pènes totam partem delictum ; verum est, quia non habebant; portabant enim ligna , & lapides , & qui hos portat in rixa , aptius portaret cultelos , enses , cæteraque arma : ergo, ex se, & quantum fuit ex parte eorum , quæ potuerunt, arma colliigerunt. Huc facit quod Cic. ad Tusculan. dicit. *Quam fragilis , flexibilis est voluntas , sensusque ciuium erga Praetores , ut non modo improxitati eorum irascantur , sed etiam recte factis plerumque fastidiant.*

Ligna , & lapides portare non ex se delictum designat, cum prohibitum non sit , nullatenus portare arma non vetita illicitum est , sed cum nulla sit res in rerum natura , quæ licet in se bona , non possit damnum causare , nec mala in

Cic. ad Tusculan.

gra-

Plin. gradu, ut scientia applicationis non pro-
fit: ut dixit Plin. Rer. nat. lib. 27. cap. 3.

Ovid. & Ovid. lib. 2. trist. ad August.

Non tamen id circa crimen liber omnis
habebit.

Nihil prodest quod non laedere posse idem.

Igne, quid utilius? Siquis tamen urere
tecta,

Cæperit audaces instruit igne manus.

Eripit interdum, modo dat medicina sa-
lutem,

Quæ juvet, monstrat, quæque sit herba
nocens.

Et latro, & cautus præcinctus ense
viator,

Ille sed insidias, hic sibi portat opem.

Virgil. Id. Virgil. lib. 1. Aeneid.

Ac veluti magno in populo, cum sæpe
coorta est.

Seditio, sævitque animis ignobile vulgus,

Jamque faces, & saxa volant, furor ar-
ma ministrat.

Virtus prudentiæ practicæ, plus in
evitando, quam in puniendo delicta ver-
satur. Ex quo simplex vulgus, cum even-
tum, alias infelicem, non videat justi-
tiam, in levitatem vertit. Non enim est

sim-

simplicitatis præscindere causam ab effectu, præsertim infieri, vel ad esse; & quod arrogantius est in Judice, ut in præsenti casu, simplicitas flectit in deteriorius. Triplex est conscientia Judicis ait Bald. in l. 2. C. de Pœn. jud. qui mal. Bald. judic. num. 4. Prima, ligata rebus visis. Secunda, ligata rationibus legum. Tertia, mortua, & adhærens quibusdam imaginationibus intellectus. Duobus primis modis judex potest, & tenetur pœnam impoñere: ergo. Cum delictum in origine visum fuerit à Præside, justè, & rectè verterati sunt factores.

Decretum stat D. Marci, J. C. relatum in l. 7. ff. ad leg. Jul. de vi privat. quo de Cogn. J.C.Cal.lib. 5
 sic cavetur: Optimum est, ut si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris, interim ille in possessione debet morari; tu petitor est. Et cum Marcianus diceret, vim nullam feci: Cæsar dixit: Tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur? Vis est, & tunc quotiens quis id, quod deberi sibi putat, non per Judicem, reposcit. Hæc est illa talis qualis excusatio, quæ, pro tumultum facientibus, à vulgo vociferabatur, non in injustam actionem, ut dic-

tum est , sed in debitam instantiam ca-
dens: Sed attendat ad Edictum.

Edictum.

*Si quis contra evidentissimam jusionem,
fuscipere plebem , & adversus publicam
disciplinam defendere fortasse tentaverit,
multam gravissimam substinebit. Impera-
tores Gracian. Valentin. & Theodos.
rescripserunt in l. 1. C. de Sedicioſ. & Im-
perator Leo in l. 2. eod. In nullis locis , aut
Civitatibus tumultuosis clamoribus , cuius-
quam interpellatio contumeliosa procedat;
neque ad solam cuiusquam invidiam petulan-
tia verba jačentur , scituris iis , qui hujus-
modi voces emmiserint , moverintque tu-
multus , se quidem fructum ex his , quæ pos-
tulant nullatenus habituros , subdendo au-
tem pœnis his , quas de fœdationis , & tu-
multus authoribus , vetustissima decreta
fanferunt.*

Barth.

*Barthol. in l. Capitalium , §. Solent , ff.
de Pœn. exponit verbum accomodare ; id
est , aclamare , ut turbentur populares ,
dum falso clamant foras , vel ad arma ,
& literam explicat , ibi : In quibusdam
Civitatibus , turbulentibus se ad clamatio-
nibus popularium accommodare : qui si amplius
nihil amisserint , nec ante sint à Praefide ad-*

moniti, FUSTIBUS CÆSI DIMIT-TUNTUR. En ergo justam regulam, & legem, qua Præses ductus, non ut majores, & seditiosos, tumultuariosque plevis, capitali pœna ab Imperatore Leone relata, sed misericordia ductus veribus eos damnavit, & dimisit.

Experti judicis, ut dixi, applicatio magis est in præcautione ne delinquatur, quam in commisa delicta puniendo, cum hæc pœna, quæ delinquenti imponitur, nec vitam, cui ab eo sublatam, nec filiis, uxori, Patribus, totæque ejus familiæ restituit, nec damnum, cum sèpè, nec bona furata; quod omnne tollitur per præservationem à Judice factam. Leges omnes, nostraque Regia Præmatica, in materia criminali, primo, & principaliter tendunt ad evitanda delicta, ad conservandam in pace Rempublicam, & secundario, sed ad idem objectum, puniunt commisa, quæ nec à lege, nec à timore, nec à Judice præcaveri potuere.

Huc usque dicta in hoc opere, labore aliquo composui, sed majori cura, testatione à sententia firmioribus rationibus

Bald. in d.l.
Siquis, C. de
Sedit.

fulcita debarem, antiquorum J. C. interpretationem indagando. Et in complemento dico; me, non ut adversarium Neri ostenderem, sed ut rigorem suæ eruditæ illustrationis, temperarem, calatum summi: at omnia S. R. E.

meliorique judicio libenter

submitto.

F I N I S.

IN-

INDEX

QUÆSTIONUM, quæ in hoc opere con- tinentur.

CAusa scribendi, & introductio operis.
pag. 1.

Quæst. I. Utrum Inditia per se sola probent
delictum? pag. 7.

Conclus. Nulla inditia per se sola probant
delictum. pag. 8.

Quæst. II. Quænam sint inditia, seu præ-
sumptiones, & argumenta; & ad quot
gradus ascendant? pag. 15.

Conclus. Nulla inditia, conjecturæ, aut
præsumptiones, quæ sunt argumenta,
in probatione criminali ascendere pos-
sunt ad gradum veritatis, ad quæm ten-
dunt. pag. 24.

Quæst. III. In quo sensu accipi debeat de-
positio testis ambigua. pag. 28.

Conclus. Depositio testis ambigua, vel
quæ recipit duplum sensum, non so-
lum delictum haud probat, sed potius
intelligi, aut interpretari debet in fa-

vorem rei , ut excludatur delictum.
pag. 30.

Quæst. IV. De inhabilitate testis dispensata , seu in superhabita ad probationem à Regia Præmatica. pag. 35.

Conclus. I. Inabilitas testis circa casum ,
& subjectum , in quo , & circa quod debet testificari , non validatur per Regiam Præmaticam , nec dispensatur. pag. 38.

Conclus. II. Singularitas testis rejicitur à nostra Præmatica , & non probat. pag. 43.

Quæst. V. Quæ requirantur , ut depositio testis sit valida , & quantum est ex se probet delictum. pag. 51.

Conclus. Depositio testis debet esse specifica , & adæquata ratione juvata , ut probet. pag. 52.

Quæst. VI. Utrum Regia Præmatica intellegi debeat circa nudum furtum , aut circumstantiatum ? pag. 57.

Conclus. Regia Præmatica , in imponenda pœna , non loquitur , nec intelligi debet de nudo , aut simplici furto sed de circumstantiato. pag. 61.

Quæst. VII. Utrum Locus , Regiae Curiæ , possit circumstantiari , ut in Regia Præmatica. p. 68.

Con-

Conclus. Palatum Regis , Regia Curia
cum ejus territorio , non solum potest
circumstantiari , sed est circumstantia-
tum. pag. 70.

Quæst. VIII. Quis sit conatus , & quando
punibilis? pag. 76.

Conclus. Conatus , tantum in facto de-
præbensus , punitur à Regia Pracmati-
ca. pag. 79.

Quæst. IX. Utrum delictum , seu furtum
inceptum in territorio Præmaticæ , &
consummatum extra , vel è contra , pœ-
na Præmaticæ puniatur , vel non?
pag. 85.

Conclus. Delictum perfectum , seu con-
summatum punitur à Regia Pracmati-
ca. pag. 87.

Quæst. X. Utrum extraneus delinquens in
territorio statuti , hujus pœna sit pu-
niendus? pag. 95.

Conclus. Forenses , seu extranei tenen-
tur pœna statuti Regii. pag. 96.

Quæst. XI. De auxilio præstito ad fur-
tum , & de ejus pœna in statuto.
pag. 100.

Conclus. Auxilium præstitum pecunia,
confilio , mandato , persuasione , & si-
mi-


mili modo, si effectum habuit, puni-
tur æqualiter à Regia Procmatica.
pag. 107.


Quæst. XII. De tumulto facto ab operariis
fabricæ Regii Palatii, & aliquorum
imposita pœna. pag. 114.

LAUS DEO.











卷之二

卷之二